



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm  
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

Liber XXXIX. De pluribus aliis priuatis delictis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

- an vero si alterius impulsu, vel concitatione, vel culpa. Nam in primo casu si seipsum commoueat animal, lasciuia vel furore, datur actio de pauperie, si modo quadrupes damnum dederit, d. l. 3. vtilis vero, si aliud animal, quam quadrupes damnum dederit, l. p. eod. puta bipes vel alatum. In alio casu, si aliunde concitatum sit animal & nocuerit, ad aliam actionem transitum faciemus. Nam si culpa alicuius vel instigatione pauperiem fecit, agatur aduersus eundem actione vtili vel in factum ex lege Aquilia, l. 1. §. quod si propter eod. l. qui occidit, §. in hac. Et l. qua actione, §. si quis plus iusto, ad leg. Aquil. P. non, si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. Et si qui damnum passus est, ipse feram concitauerit, sibi imputare debet, nec villam actionem habebit. *Jul. Paul. lib. 1. recept. sent. tit. 15. c. fin. l. hac actio, 2. §. si si quad. paup. fec. dic.* Non secus, quam quando arietes vel boues qui se commiserunt ad pugnam, & vnus alii occidit, si aggressor fuerit occisus, dominus occisi non agit in dominum occidentis: quamuis si aggressus necatus fuisset, eius domino daretur actio. l. 1. §. cum arietes. eod. P. l. scientiam, 46. §. cum stramenta, ad leg. Aquil. P. Et in leg. Insti. Geor. tit. 9. Paulus addit, d. l. 2. eod. tit. hanc actionem non solum domino, sed etiam ei cuius interest, competere: veluti ei, cui res damno affecta commodata est: item fulloni, quia in eo, quod teneretur, damnum videtur pati.
- 10 ¶ Contra dominum autem animalis datur directa. l. fin. eod. tit. & contra alium etiam in factum, quando ex directa, nec i. 2. tabularum, nec lege Aquilia agi potest: vt si equus dolore concitatus, vulnerauerit aut calce percusserit, in eum, qui equum percusserit, dirigitur in factum actio subsidiaria. l. 1. §. ideo si equus, eod. tit.
- 11 ¶ Cum autem contra dominum animalis agitur, si is suam confiteatur quadrupedem, iure ciuili scripto, vel damnum soluere debet, vel animal pro noxa dedere: si vero inficiatur, in solidum tenetur, l. §. eleganter, 7. §. si quadrupes, de dolo, l. 1. §. interdum. Estque hic finis actionis, damni reparatio, per estimationem litis vel damni. l. 1. in princ. Et §. cum arietes, in fin. Et §. si si quad. paup. fec. dic. in P. §. 1. eod. apud Iustinia. Idem in l. 12. de damnis animalium, lib. 8. C. Wifigot. tit. 4. vel dedicationem animalis vitii nocentis, d. l. 1. §. noxa. eod. eiusque nomine si commune plurimum sit animal, aduersus singulos erit in solidum noxalis actio, sicuti est in homine. d. l. 1. §. si commune plurimum, eod. Et l. heredes, §. si vnus, famil. ercisc. P. Nam & in quadrupedibus eadem caussa videtur, ac hominis ferui delinquentis: & in istis noxa quoque caput sequitur, & aduersus dominum hanc actio datur, non cuius fuerit quadrupes cum noceret, sed cuius nunc est. d. l. 1. §. cum etiam. eo. tit. §. fin. de nox. actio.
- 12 ¶ Et §. ideo si ante litem contestatam mortuum fuerit animal, extincta actio est, d. l. 1. §. plane, l. pen. §. 1. de noxa. act. P. nisi vel post moram domini, vel eius dolo & culpa interierit. l. electio, §. si quem, eod. Hanc enim paria sunt & obligant, non secus quam si post litem contestatam animal interierit, quo casu etiam tenetur perinde ac si viueret. l. si plurimum, §. fin. eod. maxime si post litem contestatam alius animal occiderit, cuius nomine agere dominus in eum potest, vel mandare actiones. d. l. 1. §. post litem, si quad. paup. fec. dic.
- 13 ¶ Hæc porro noxales actiones perpetue sunt, tamdiuque locum habebunt, quoad diu ferui vel animalis dedendi facultate habemus. Nec tantum nobis, verum etiam successoribus nostris cõpetunt: item aduersus successores, sed nõ quasi in successores, sed iure domitii.
- l. 1. §. si si quad. paup. fec. dic. l. pen. §. hæc actiones, de nox. act. P. ¶ Mouentur tamen & iudicantur, vbi delictum commissum seu noxia facta est, l. si. eo. P. iuxta regulas communes agendi de criminibus, l. 1. §. 2. Et anth. quam provincia, vbi de crim. agi oportet. Et hæc iure ciuili statuta sunt. ¶ Ceterum iure Pontificio, si biceps cornu- 15 peta damnum dederit ex præcedenti culpa domini, tenetur dominus ex integro damnum resarcire, c. si biceps, & c. fin. de iniuriis. si nulla vero culpa præcesserit, liberatur dando animal. d. c. fin. ¶ Turpe t diuino, Exod. 21. Si bos cornu percusserit virum aut mulierem, 16 & mortui fuerint lapidibus obruetur. Et non comedentur carnes eius: dominus quoque, bonus innocens erit. Quod si bos cornu peta fuerit ab heri & nudisterium, & contentati sunt dominum eius, nec recluserit eum, occiderit, virum aut mulierem, bos lapidibus obruetur, & dominum eius occidit. Quod si pretium fuerit ei impositum, dabit pro anima sua quicquid fuerit postulat: filium quoque, & filiam si cornu percusserit, simis sententia subiacebit. Si feruum ancillam venauerit, triginta sicos argenti dabit domino, bos vero lapidibus opprimetur. Et paulo post, si bos alienus alterius bonem vulnerauerit, & ille mortuus fuerit, vendent bonem vitium & diuident pretium: cadaver autem mortuum se dispersent.
- ¶ In lege vero Salica, tit. 29. de quadrup. que 17 hominem ledunt, §. 1. Si homo ex aliqua quadrupede domestica occidatur, pro media parte leudi, dominus componat, & pro alio animal det: nisi pecoris dominus vitium ante non intellexerit. ¶ In legibus 18 Wifigothorum & hæc, l. 2. de apib. Et cor. damnis, lib. 3. Cod. leg. Wifigot. tit. 6. Si quis apiaria in ciuitate aut in villa forsitan construxerit, & alii damnum intulerit, statim moneatur, vt cas in abditis locis transferre debeat, ne forte in eodem loco hominibus aut animalibus damnum inferant. Et qui hæc præcepta aut testationem neglexerint, & damnum suffocationis in quadrupedes intulerint, quod mortuum fuerit amplum reseruant, quod vero debilitatum, ille obtineat, & simile damno reddat: & pro iudicio contestatione quam audire neglexit, quing. solidos coactus componat. Et alia, lex Ricardi, 16. de dam. animalium. eod. tit. 4. Qui bos aut taurum, aut aliam quadrupedem nocentem aut vitiosam habuerit, antequam nocent, subatur occidere: & si post denuntiatum vitium a vicinis non occiderit, & illud animal aliquem vulneret, vel occidat, tenetur damnum componere, vt de homicidio. ¶ De canu t damnis inibi & duæ leges. Prior, 19 l. 19. eod. tit. Et lib. in summa habet, vt si canis non irritatus a domino momo dedit alique, nulla calumnia moueat domino canis: si autem eum irritauerit vt morderet, eadem pœna tenetur, ac si vulnus ipse in se iisset. Altera in hæc verba scripta est, d. l. 20. eo. Si cuiuslibet canis damnosus fuerit, & denasit veru neces, & alia pecora forte euertit & caperit, & deprehensus fuerit: ipse dominus canis vbi ex hoc fuerit commotus, eum illi tradat, cui constat primitus damnum fuisse illatum, vt eum occidat. Quod si eum occidere noluerit, vel illi tradere cui damnum primitus fecit, quicquid postmodum canis admisserit, dominus canis duplum compositionem reddere non moretur. Exceptio tamen alia lege fit, in hunc modum, l. 18. eod. tit. Et c. Si quis vitiosum bonem, vel canem, vel aliud animal contra se irritatum concitauerit, quicquid passus fuerit culpa eius, qui hoc pertulerit, oportet adscribi. Videtur prope modum similis species apud Paulum Iurifcont. in l. 2. §. fin. si quad. paup. fec. dic.

## DE PLVRIBVS ALIIS PRIVATIS DELICTIS, LIB. XXXIX.

De quibusdam extraordinariis delictis.

CAP. I.

- 1 Delicta quadam cur variant in pœna.
- 2 Alienarum nuptiarum sollicitudo puniti.
- 3 Religionis pretextu ad impietatem utentes puniuntur.
- 4 Sacra mysteria in prinata domo agere vetitum. Et ad coniurationem pertinens.
- 5 Collegia illicita prohibita, & que licita.
- 6 Scopelofonus quale crimen, & pœna.
- 7 Circulatorum impostorum mercium, & reliquias sanctorum supponentium pœna. Et num. 8. 9.
- 10 Inuentio perniciofa excogitata, sine remedio, pœnam habuit ca-

pitalem. Et 13.

11 Inuidia in præstantes. Et 12.

14 Coronis vti publice, nisi viris præstantissimis quibus erat concessum, punitum.

15 Vinum prohibitum mulieribus bibere, item & iuuenibus vsque ad quod tempus, & vbi viris sine medico consilio, & sacerdotibus ministratur.

16 Ingratitudo nisi & voti accusatio & iudicium, & de Thuriorm. more in legibus abrogandis. Et 17. 18.

19 Scribenda non esse que sunt dubia notis, sed literis consequentibus.

20 Sacra consueta intermittere, capitale habitum.

21 Picram orbis habuisse, capitale fuit: Et ob alia. num. 21. Et 23.

VARIA

**V**ARTA ingenia hominum sunt, varii & gentium ritus & mores, & quaedam alicubi vitio dantur, quae a libi virtutis esse putantur. Quo fit, ut de criminibus omnibus, potissimum priuatis, certa daretur non possit. nec certa decerni poena: nisi habita ratione temporum quibus viuatur, & locorum in quibus degimus. Quam obrem & hoc capite quaedam, quae inter crimina habita sunt, & quomodo vindicata obiret recensere debemus. Solicitatores & alienarum nuptiarum, & interpellatores diximus supra in leonibus puniri extra ordinem, et si effretus libidinis non potiantur, *l. 1. de extraord. crim. lib. 4. P. tit. 11.* Sub & praetextu religionis, vel solenni voti, illicitis ceteris facere, extra ordinem puniendum, *l. 2. eo. tit. l. qui sub praetextu, §. de sacro. de eccle. C.* Qualis fuit eorum, qui fracticelli dicebantur de optatione, qui praetextu religionis secedebant in antris noctu cum viduis, virginibus, & aliis: ubi peractis quibusdam suo ritu sacrificiis & hymnis, exultantibus luminibus, pietatem ducebant commiseri sine delectu, *Jacob. Bergomensis, lib. 13. supplementi Chronico.* idque tempore Ioannis Pap. 22. Similiaque alia exempla narrat Guilelmus Bened. in *repet. c. Rayninus, ad verb. custodiam Petro, nu. 4. par. 2. tit. de testam.* Eoque magis haec delicta vindicanda, quo quis facilius diuinis deferre paratus est, & facilius decipitur eorum praetextu. Solent plerique ad commenta ex religione praeparata confugere, cum vis aut ratio humana non satis valet ad id, quod concupiscunt, efficiendum. Sic cum machinaretur tyrannidem Lysander, conatus est corrumpere oracula Dodonae, & Delphos, & Ammonis Iouis, ut pro natu suo responderent, teste Amilio Probo, in *Lysandro*. & Diod. Siculo, in *14.* Punire autem lex relegatione eos, qui aliquid faciunt, quo leues hominum animi superstitione terrentur, *l. si quis aliquid, §. 30. de pan. in P.*

4. **A**lpergebatur & infamia Alcibiades ciuis Atheniensis, quod in domo sua facere mysteria dicebatur, quod nefas erat more Atheniensium, idque non ad religionem, sed ad coniurationem pertinere existimabatur: hocque crimine ab inimicis compellebatur, *Cor. Nepos, sine Probo, in Alcibi. & Plut. in Alcibi.* Conuenti-  
5. **C**ula & prohibentur etiam in iure praetextu pietatis illicita, *l. conuenti-  
5. cula, §. de episc. & Cler. C. prohibetur & illicita collegia, sollicita potissimum militum in castris: ad spera tamen cogenda semel in mense coire permittitur, & religionis causa, dummodo fraus non fiat Senatusconsulto, l. 1. de colleg. milit. lib. 4. P. tit. 21. l. 3. eod.* Estque poena illicita illa collegia facientibus, quae imponitur hominibus armatis templa vel loca publica occupantibus, *l. 2. eod.* Et Octavianus Augustus collegia, praeter antiqua & legitima, dissoluit, cum plura factiones titulo collegii noui, ad nullum non factionis societatem coirent, ut ait Suetonius Tranquillus, in *Oct. ca. 32.* Legitima autem illa sola putantur, quae habent auctoritatem principis, vel Senatus, *l. 1. §. in summa, de colleg. lib. 1. l. 1. quod cuiusvis nom. collegium, C. de here. inst. l. 1.* In Arabia Scorpellimos, crimen est capitale, quando scilicet plerique inimicorum silent in praedium inimici *scorpellus*, id est, lapides ponere, indicio futuros, quod si quis eum agrum coluisset, malo letho periturus esset, in suis diis eorum qui *scorpellus* possuissent, *l. scaccularis, §. 7. de extraord. crim. P.* Circulatores & serpentes circumferunt & proponunt, si cui ob eorum metum datum est damnum, pro modo admissi puniuntur, *Paul. l. si eod.* Impostores & solent etiam extra ordinem pro modo admissi puniri, qui fucos vendant, vel hypocriti & specie sanctitatis decipiunt, vel ad mala prouocant. Meminit Iulius Capitolinus, in *Gallienis*, de iudicio Gallieni Caesaris: cum enim quidam gemmas vitreas pro veris vendidisset vxori Gallieni Iunioris, re prodita cum ille vindicari vellet, surripit quasi ad leonem venditorem iussit, deinde cauea caponem emisit, mirantibusque cunctis rem tam ridiculam, per curionem dici iussit, imposturam fecit, imposturam passus est.

9. **S**unt & impostores, qui etiam supponunt pro sacris lipsanis quaedam profana: qui castigari debent iuxta concilium generale, *c. 2. de reliq. & vener. sancto. & decretum Alexandri tertii, c. 1. eod. titu.* Et nos de sacris lipsanis plurima diximus in prima parte Synagmatis inter res sacras, quae ad hanc quaestio- nem conferunt examinanda. In India lex erat, *Strabo lib. 15. v. si quis aliquid perniciosum excogitasset, & remedium non adinuenisset, morte pleriteretur: si autem adinuenisset, praemio & honore a regibus afficeretur.* Sic apud Graecos Peryllus quidam aeris artifex, qui modum torquendi homines in boue aeneo inclusos inuenerat, iuste a Phalaride prior poenam experiri iussus est, ut auctores Plinius, *lib. 34. c. 8.* Orosius, *lib. 1. c. 2. o.* & alii.

**E**t Hanno Penorum clarissimus damnatus, quod primus hominum leonem manu tractare ausus, & mansuetam ostendisse populo Carthaginensi traditur: quoniam nihil non perituros vir tantingenit videbatur, & male credi libertas ei, cui etiam celsissimae ipsa feritas tamque superbum, sauum, & crudele animal, *Plin. lib. 8. c. 16.* Porro hoc ad inuidiam potius, quam ad iustitiam poenam referri poterit, cum ingenium hominis esset admirandum, qui hoc primus tentauerit: sed inuidia inimica praestantioribus. Sicui & praestantissimo artifice meminit accidisse Dio Cassius, *lib. 57. histor.* cum enim is architectus porticum maximam in alterum latus inclinantem reuerafset miro artificio, & laqueis alligata erexisset rectam, inuidit Tiberius Caesar artificum viti, nec nomen in eius commentariis adscribi permittit, sed pecunia donatum vrbe deiecit. Atque is tristis ad principem accedens, supplexque factus, vitreum poculum consulto abiecit, fractumque manibus rursus refecit, sperans se veniam ab eo impetraturus: verum necari ob id iussus est. Iustius fuit animaduertendum est a populo in Porcherium Treuirem, a quo lapidibus obrutus est, quod *velegalianus* adinuenisset, ut ait Nicol. Egidius, in *Chisperico*. Sicui & Domitius Corbulo Senator, & postea Consul, damnatus a Claudio Imperatore, quod inuenisset rationem conficiendae pecuniae sub Caio Caesare, si vias exigeret ab iis omnibus, qui sub Tiberio curandas locauissent: restitutaque iis, a quibus per multas exactae erant, *Dion. Niceus, lib. 59. histor.*

**P**ro crimine vindicatum bello Punico secundo in Luito Fulvio argentario, cum interdui a pergula sua, cum corona rosea in forum prospexisset diceretur: ex auctoritate Senatus in carcerem adductus, non antequam bella finirentur emissus est, *Plin. lib. 21. ca. 3.* Et Pub. Munarius, cum dentam Marciae coronam a floribus, capiti suo imposuisset, a Triumuiris iussus est duci in vincula: id enim superbius & luxuriosius visum est tunc temporis coronis uti publice, quae virtutis eximiae causa tantum ciuibus a publica concedebantur. Absurdum fetiatis est & turpe, foemina potandi studiosam esse, & longe magis *multiotam*, ut ait Aelianus, *lib. 2. varia histor. c. 41.* Fuit crimini datum olim mulieribus Romanis, vinum bibisse: veluti illo existente, vel fomentum vel argumentum impudicitiae, ut scribit *Plin. lib. 14. ca. 13.* Dio Halicarn. in *2. Athenais, lib. 10. ca. 13.* Valerius Maximus, *lib. 2. ca. 1.* Anlus Gellius, *lib. 10. ca. 23.* & alii, *Aelian. lib. 2. de var. histor. ca. 38. Polyb. in 6.* Scribit & Lactantius Firmianus, *lib. 1. ca. 22.* Pompiliu Faunum, Pompiliam Faunam, virgis myrtheis ad mortem vsque coecidisse, quod contra morem decusque regum clarum vini ollam ebibisset, & ebria facta esset. Lex quoque Messalioica fuit, ut mulieribus non liceat vinum gustare, sed omnium aetatum foeminae non vinum, sed aquam biberent. Afirmat Theophrastus apud Miletienses hanc legem valere, & Iadas ei parere praeter Miletienses, *Aelia. de var. histor. 2. c. 38.* Et apud Massilienses lex alia, mulieres aquam bibere iubet, *Athens. lib. 10. c. 9.* Sed & addunt apud Romanos, nec solum foeminas vinum non bibisse, sed nec liberos iuuenes, qui trigessimum annum non attigissent, *idem d. c. 9.* *Aelia. d. lib. 2. c. 38.* Plato nunquam vsque ad quinquagesimum, nec nisi modice vsque ad 40. permittit, *Plato, 2. de legib.* Apud Locros autem, qui magis vergunt ad Zephyrum, si quis merum sine medici imperio, medicamento gratia biberit, ex lege Zaleuci capite damnatur, *Athens. in d. cap. 9. lib. 10. Aelian. libro secundo, var. histor. c. 37.* Lex ad Aaronem pro sacerdotibus a Deo quoque dicta, *Leuit. c. 10. Vinum, & omne quod inebriare potest, non bibetis, tu & filii tui, quando intrabis in tabernaculum testimonii, ne moriamini. Quia praeceptum sempiternum est in generationes vestras, & ut habeatis scientiam discernendi inter sanctum & profanum, inter pollutum & mundum, doceatisque filios Israel omnia legum mea, qua locutus sum ad eos per manum Moysi.* Fuit & iudicium Ingratitudinis teste Xenophonte, *lib. 1. Cyripad.* Item apud Graecos auctore Iulio Polluce, *lib. 8. Onomast.* Et Lucianus, in *abdicatis. Leges*, inquit, *ingratiudinis actionem concedunt in eos, qui bene meritis non sulerint gratiam.* Celebre & iudicium hac de re Philippi regis Macedonum, qui cum miles strenuus & auarissimus ei esset acceptus, itaque naufragio saluus in possessionem cuiusdam Macedonis incogitatus expulsus esset, & curatus quae ad Philippum ob naufragium donati se cuiusdam Macedonis agro postulasset & impetrasset, petissetque praedium hospitii: cumque de eo conuictus fuisset, hospes per literas ad Philippum, explicans & Hospitalitatem iam praebitam, & ingratiudinem: Re plane cognita statuit Philippus, Pausaniasque mandauit, curaret, ut prior domino bona restituerentur. Ceterum improbissimo militi,

De Ludo. Cap. 2.

ingratissimo hospiti, audivissimo naufragio stigmata scriberentur huiusmodi, hic ingratus hospes est, Senec. lib. 4. de Benef. c. 37. Et legum & canonum pontificum esse pariter actionem ingratul conflat, c. octava, 12. g. 2. Iure namq; Romano ingratitudinis penas ignorandum non esse proditas. nam illo ob eam reuocantur donationes, si iniurias effundat in largitorem cui donatum est, vel manus impias ei inferat, vel si infidietur, l. fin. de reuo. donat. lib. 3. ti. 86. amb. quod mater. l. his solis, C. eod. Reuocantur & ingratitudine filii emancipari in patriam potestatem, l. vni. de ingra. lib. 3. C. tit. u. 50. Chryso. in Homil. in illud, c. 1. Esau, si volueris & audieris me, & liberti in feruitem, l. 2. & fin. C. de libertis, & cor. liber. lib. 6. C. tit. 7. ca. episcopus qui manumissam. ca. liberti, & c. f. g. 12. g. 2. Idque & iure Atheniensium, Valer. Max. lib. 2. c. 1. Priuantur & filii legitima bonorum patrum successione & parentes filiorum ob ingratitudinem, & alind quoz, capitulu. & §. can. sas, ut cum de appel. cogn. in an. §. super his quoz, de nupt. in amb. coll. 8. Clienti ingratitudine aduersus patronum clientelam commissa, priuatur beneficiario praedio, c. de forma, 2. g. 5. §. 1. quibus mod. f. ca. amittit. lib. 1. f. tit. u. 17. Melius in §. 1. in quib. cau. f. ca. amittit. lib. 2. f. tit. u. 2. §. §. porro, qua fuit pri. cau. bene. amittit. tit. 2. g. d. lib. 2. Ingratos maxime puniendos esse Lilius Gregorius Giraldu propo. libello, de ingratitudinis criminis vitando, docet, & alio aduersus ingratos. Docuit & Pythagoras, symbolo *ὄμοσθους χαλιδους μὴ ἔχειν, domesticas hirundines ne habeto*. Sicut enim illa gartulae nobilium altaris tempore, vt fructibus nostris potiantur, viuunt, autumno vero recedunt: sic ingrati, dum nostris egent, obsequiosos se ostendant, postea vero diffugiunt, eadis cum face siccat. Aristoteles summam iniuriam dicit, si quis eum laedat, qui de se bene meritus est, Aristot. lib. 1. Rhetor. ad Theo. c. 14. Et in summa omnis vit ingratu, pena dignus est, veluti improbus. Nam vt Lucianus in *ἀνδραλογία ἐπιγραμμάτων. εἰς ἀγροκότορον. φανλ. ἀντ. πρὸς ἑστ. τὴν ἐπιμύην. εἰς δὲ ἀπὸς. ἀνδρὸν τὰς χελιδας, εἰς νερόν ἐβέχεται.*

id est, *Improbis vir est dolium perforatum, in quod omnia Infundens beneficia in vanum infuderis.*

Octavius Augustus Cornelium Gallum, quem ex infima fortuna ad praefecturam Aegypti prouexerat: ob ingratum & maleuolum animum, domo & prouincis suis interdixit, Sueton. in August. 17. §. c. 66. §. Aliud crimen vindictatum fere nouum Athenis Libitinaris, qui cum necessaria funerib. vendicaret, vt in hac arte grandelucrum faceret optasse dicebatur: ideo a Demade impij voti accusatus est, & condemnatus, vt ait Seneca, lib. 6. de benefic. ca. 38. 18. §. Pro crimine capitali habitum apud Thurios, cauillationibus interpretum legum seueritatem & maiestatem distrahere: & proinde cautum, non licere, nisi prius laqueo collo circumdato, in cognitionem legis abrogandae causa prodire. Quo, si non de mutatione sancirent comitia, vincitus suspendebatur, Diod. Sic. lib. 12. Biblioth. §. Et Justinianus, l. 1. §. nostram autem, de uero. iure enol. C. postquam digessisset in 50. libros Pandectarum iuris prudentiae se lecta responsa, & in codicem alium Celsarum leges, sanciuu nullis iuris peritis in posterum licere iuri illi commenariis verbosus applicare paratida tantum permittens. Iussitque legum codices, non per signorum captiones, vel per compendiosa aenigmata leges conscribi a librariis, sed per literarum consequentiam, d. l. 1. §. ne autem. Imposita & pena librariis hec non seruantibus criminalis, & ciuillis aestimatio in duplum domino, in proce. P. §. illud autem. Sicut Basilus Imperator Orientis, animaduertens occasionem malefici prauis hominibus eo dari, quod numeri, quibus verbi gratia, semis, sextans, vncia, & similia designabantur per notas recepta antiquitus consuetudine scriberentur, loco notarum literis vt iussit, quas etiam rustici legere possent: & de suo sumtus in chartas, literas, atq; scribas ipse suppeditauit, lib. 1. iuris Orient. in constitut. Basilii, titu. *περὶ ἐπιμύων τῶν ἀεβύων, id est, de notis numeror.*

- 20. §. Argui Lacedaemonios accularunt quod Apollini Pythio consueti sacra non peregerint, eisque indixere bellum, Diod. Sic. d. lib. 12. §. Pompeianus in insulam relegatus, & occisus a Domitiano, quod acceperat eum regnaturum, quodque orbem terrarum in pariete cubiculi haberet, quodque Liuium studiose luderet. §. Maternumque §. Sophistam idem Domitianus occidit, quod in Tyrannum exercendi sui causa declamasset, vt refert Xiphilinus ex Dione, in Domitia. §. Tanta §. superstitio olim Atheniensium, vt si quis scobem excuteret ex Heroo, eam morte mulctarent, & l. lib. 3. de var. hist. c. 17.

- 1 Ludus quid, & eius diuisione generalis, differentiaque a ioco.
- 2 Ludo & ioco quando utendum.
- 3 Sollicitudines interdum remittendas. 4. & 5.
- 6 Remittenda, non omittenda grauius opera.

Ludus dicitur, quod serium §. non est: sic enim opponuntur. 1. apud Horatium, 1. Saty. saty. 1. Sed tamen amoso quar amuso seria ludo.

Proprie ludus in facto, vt iocus in verbis non feris, vt notauit Lan. Valla, lib. 4. Eleg. c. 16. et si utrumque promiscue aliquando accipiat. Ludus bonus & noxius, vt factum & verba: alius ingenio constat, alius viribus, alius versitque, alius neutris, sed forte seu alea, seu vt dicitur fortuna. §. Ludus §. bonus, cum eo relaxatur animus a rebus seriis defessus. Ludo & ioco uti quidem licet, inquit Cicero, 1. offic. vt somno & ceteris quietibus, ita si grauius, ceteris que rebus satisfecerimus. Et homines, idem Philipp. 2. quamuis in rebus turbidis, tamen si modo homines sunt, interdum animis relaxantur. §. Plutarchus §. symbolum illud Pythagorae, *μὴ ἐδῆν πῶν ἡγεσθαι, cor non edendum*, explicare tradit, curas esse abigendas, nec se ipsum afficiendum esse curis. Quod & Phocylides in carminibus aureis ad monet,

*μὴ δὲ μάτρω ἐπὶ πόνου. Ἄς μιν ἄνδρ. φίλον ἦτορ, Apud ignem sedentem, id est, viuentem, non debere in vanum cor mittere.*

Crudele nimium & supplicij aeterni imago, excruciariperpetuis sollicitudinibus, potissimum vanissimarum harum rerum temporalium & praeteruentium causa, gerere iustar Promethei perpetuam Aquilam iecur & cor rodentem: aut Ixionis instar, rota continue sursum deorsumque versari. §. Pessimus §. & genus homicidii, sibi manus in iecere, quod is facere videtur, qui existimat se perpetuo animi & corporis motu affligere debere. Magnitudo operis opprimi vites, si remissio nulla est. Deficeret & vretur terra, si continuis aetibus torreretur, & nisi nox dici succederet: et ipsa terra sterilis, si alternis annis non quiesceret. Et cum omnia mortalia perpetuis decrementis intercidant, perpetuis quoque incrementis, vt subsistant & renouentur, egent, l. proponebatur, de iudiciis, P. In summa, vt ait Poeta,

*Quod caret aeterna requie, durable non est.*

§. Requit §. porro, est cessatio ab opere quod graue sit. Si iocus & ludus honestus, a rebus seriis, quae animum in tendunt, requies est, & veluti iudicia a quibus nunquam graues & cordati viri, loco & tempore commodo, abhoruerunt. Scripsit & ipse Cicero ioculares libellos carmine, ex quibus Fab. Quintilianus hos duos versus in nono citat,

*Fundum Varro vocat quem possi mittere funda: Ni tamen exciderit, qua cana funda patet.*

Fertur Socratem inter pueros atundine longa equitasse: Achillem post praelia, & citharam tractasse. Sunt & alia his exempla similia, quae praetermittito, cum hic locus parerga & trita non postuleret: neque dicendorum necessitas me hic fergere pedem permittat. §. Concludo §. tamen, ita remittenda esse grauius opera, vt alacrior es ad ea perficienda reddamur: non autem vt illis omiffis, voluptatibus operam demus: non vt arguamur potius deposuisse, quam releuasse onus. Sic enim Olympiodorus in Platonis Phaedone, symbolum illud Pythagorae, *φορτίον συχέλασθαι, iud. & ου νεπινδύναυ, id est, onus simul tollito, non simul deponito*, explicat, *μὴ ἐπιπύναυ, ἀλλὰ ἀνεπινδύναυ βάρη, id est, non deponenda, sed vna subeunda onera.*

De Alea lusu vetito, & de Aleatoribus.

C A P. 3.  
Lib. II. P. titu. §.

- 1 Lucrum damnosum aliquando, interdum utile aliquibus.
- 2 Lusus non debet dici, unde crimina nascuntur.
- 3 Alea lusus, malorum & inrogiorum origo, vetitus, cum pena eorum, qui ludunt & cogunt ludere. §. 5.
- 4 Ludendi causam dominum ve dans, non agit iniuriarum, si verberetur: nec furti, si aliquid ei eripiat.
- 6 Alea militibus aliquando permissa postea vetita: ei addicti Germani, vt seipos luderent, a damone inuenta, & sui opprobrio ludentibus §. nu. 7. 8.
- 9 Aleatores fures quare dicuntur.
- 10 Ex lusu aleatorum quot crimina oriuntur.





Qui canon inter decreta Gratiani transcriptus est. *ca. episcopus, 35. dist.* Ex quo colligunt interpretes, *Panormita. in d. Eo cap. inter dilectos, Domit. & Proposit. ibidem, Syluester, in summa, in ver. ludus, Ioan. Bapti. Caccialup. tracta. de ludo quaff. 12.* munitum aleatorem nec se corrigentem beneficiarium, posse sacerdotio priuari. Ioannes Bernardus Diaz, *in tracta. crimi. cano. 6. 64.* alia plura consideranda suadet, nempe si ludus a clericis quotidie exercetur, si is taxillorum, si omittat ideo officium cui deferuire tenetur, si ludere volentibus mensam pararam habeat, si prouocat aut recipit, quæ sit summa de qua luditur. ¶ Apud ¶ Agarenos seu Mahometistas, lufores pro pecunia que cunque genere ludi ignominia afficiuntur, & deinceps grauiori supplicio. *To. Cyprianus, lib. 6. de institutis Turcarum, c. de ceteris moribus Turcarum.* ¶ Sunt ¶ & placita curiarum supremarum Galliar, quæ ludos aliquos vetant omnino, potissimum sacris diebus & horis, quibus oportet diuinis interesse orationibus, vel concionibus: neve quis aleatoria, vel loca publica ad truncolorum seu metarum ludos exhibeat, pœna corporali indicta. Solêt & politici iudices, hos lufores publicos, festis maxime diebus deprehensos, ad torquem infamem damnare.

De Ludis permisis. Cap. 4.

- 1 *Ludi qui & propter quid permisi, & de multis ludorum speciebus. nu. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.*
- 8 *Ludus Scacchorum & tabularum vsq; ad vnum solidum permisis, & quibus prohibitus.*
- 10 *Ludus habet maximam temporis iacturam.*
- 11 *Ludi solorum qui innoxii, & ludi & lusoris mala.*

1 **P**ermittit ¶ Paulus, *in l. fin. de alea lusu, P.* familiam ludere, quod in conuulio vescendi causa ponitur. ¶ Senatusconsultum ¶ etiam permittit, *l. 2. §. 1. eod. tit.* in pecuniam ludere si quis certet hasta, pilo iaciendo, vel currendo, saliendo, lutando, vel pugnando, si virtutis causa fiant: permittit ea de re & lex Titia, Cornelia, & Publicia sponsonem facere, *l. 3. eod. titu.* ¶ Iustinianus ¶ quoque quinque ludos permittit institui tantum, *Iustin. in l. fin. de religio. & sumtib. funer. C.* & in eos quoque non permittit vltra vnum solidum ludere: primum permittit *καρπούζιαν*, quem alii forsitan dixerunt *καρπούζιαν*, vt Hippocrates, *lib. 2. de diata.* qui eam ponit inter exercitii genera. Ludus sacculi scortacei inflati seu foliis, de quo Martialis, *lib. 14. epig. 47.*

*Ita proculiuuones, minus mi conuenit atas, folle decet pueros ludere, folle senes.*

4 ¶ Isque ¶ quatuor species pile facit, pilam paganicam, arctam, trigonalem, & follem: quod ex præcedenti epigrammate, & sequentibus collige.

*Pila paganica, lib. 14. Epigr. 45.*

*Hæc qua difficile surgit paganica pluma, folle minus laxa est, & minus arcta pila.*

*Pila trigonalis, epig. 46.*

*Si me nobilibus scis expulare sinistris, sum vna: si necis, rursus redde pilam.*

M. meminit Clemens Alexandrinus, *lib. 3. Pedagog. c. 10.* de quodam ludo pile qui vocatur henis. Et viris, inquit, alii quidem nudi ludentur: alii vero paruo quoque globo ludant, eo ludo qui Phenis dicitur, maxime in sole: vbi Scholiastes explicat, eum ludum fuisse, cum ex ludentibus pueris quis spheram tenens, deinde eam alii prius ostendens: eam ad alium mittebarita dictus ludus a Phenecida, qui primus eum inuenit, vel a verbo *φενειν*, quod significat decipere: decipiebat enim, qui alii ostendebat, alteri vero traderet.

5 ¶ Secundus ¶ ludus a Iustiniæo permittitur *commadianlion*, id est, cursus incisus, quando reciproco cursu certatur vocant nostri *Barros. de ludu. Iul. Polluci, lib. 9. de ludis conuulib.* forsitan, vel legendum *δραυδοεμυον*, currendi certamen per stadium: vel *καρπούζιαν*, hoc est, ludus eurfortius.

6 ¶ Tertius ¶ ludus a Iustiniæo probatus, *βααλιδου* dicitur, quando scilicet sorte deligitur ex pluribus qui imperet, alii autem qui obsequantur, si credamus Iulio Polluci, *idem eod.*

7 ¶ Quartus, ¶ *Catambon* quem dicere possumus, inquit Alciatus, *l. lib. præter. in ver. ludus alea, ex Festo Pompeio, genus lusius.* Quod id sit tamen non explicant, sicut nec qui in exemplarib. manualibus Rouilleis curauit Rayron substitui explicat. Forsan melius in constitutione Græca legendum *καταμβων*, vt sint certamina duorum concurrentium: vel, vt diuinat alius legendum *Catambon*. Sed vtrumq; mihi incognitum ingenue profiteor. Quin-

tum permittum ludum dicit, vt excussum est in exemplaribus Rouillii in 6. Eperulam legerem ego, postquam in ambiguis licet diuinare. *ἐπιπαισασμὸν*. Vt ludum quendam significari intelligamus, in quo imitato est conuersionum ordinum militarium. Sic enim apud Ælianum de re militari, *παισασμὸς* est, *ἢ ἐν δούκων ἐξερῶν & πύγμαλ & κίνας. ὡς τε μετὰ λαμβάνει τὸν ὀπίσω τόπον.* Quæ & apud Suidam leguntur, libro *περὶ τῶν ἑξῶς παλαιῶν.* Sic *παισασμὸς*, cum milites mouentur duplici flexu, vt eorum ora in partem posteriorem spectent. *ἐπιπαισασμὸς* autem est plenior conuersionis, triplici flexione constans: mouetur quidem milites in hastam, in læuam, in scutum. Hanc castrensem militiam imitantur meo iudicio qui latrunculis, seu scacchis & calculis seu tabulis ludant. Substituit Alciatus *ἐπιπαισασμὸν* a decursu latruncolorum, sed illa diuinationo longe abest verbo corrupto. Proinde mihi placet interrim, donec certius cognouero, mea coniectura, vt permittat Iustiniæus per *ἐπιπαισασμὸν* ludum tabularum & scacchorum, vsq; ad ludum vnius solidi, non vltra: quem tamen diximus clericis & ecclesiasticis personis omnino interdici, *auth. interdicimus, de episc. & cler. cum simili.* ¶ Videtur ¶ autem Accursius in eam partem inclinare, vt prohiberi tabularum ludum ecclesiasticis putet, non autem scacchorum, *glo. in d. authen. in ver. ad tabulas, & in §. interdicimus in 2. de sanctis, episc. coll. 9. in auth.* quod hic ingenii dexteritate consistat, inquit. Scribit namq; Polydorus Vergilius, *lib. 2. de inuento. rer. c. 13.* circiter annum orbis conditi ter millefimum sexcentefimum trigefimum quintum, a quodam viro sapiente nomine Xere inuentum hunc ludum calculorum, in fritullo seu aluelo, cum non auderet aperte monere officii sui Tyrannum quendam metu fauicæ: eorum documento volens tacite eum monere, maiestatem sine viribus, hominumque adminiculis, nec valere nec tutam fore, & regem nisi inuigilaret a suisque defenderetur, facile oppressum iri. Et hoc certe acies furunculorum vel latruncolorum demonstrat. Quod autem ait ab scandendo scacchos dici, non probo: nec conitat etiam auctor, qui inuentionis meminerit. Marcuseque Hieronymus Vida, *in libel. Scacchorum, Italorum dicit inuentum.*

*Vos, inquit, scilicet, Musæ, prima studia hæc Italii monstrasti in oris.*

*Scacchidis egregia, monumentum in signe sororis.*

Esti verius mihi videatur inuentum Hebræorum, quod nomen Shachi ostendit, & Machi, quibus ludus perficitur: *Seach* dicitur, cum ita vallatur ludi rex, vt tede egredi cogatur. ¶ *Seach* autem Hebræis est, vallauit, sepiuit *Οσία* & alibi. Et *מָרָא*, seu *מָרָא* mat vel mor, mortuus est. Vnde finitur ludus per *Sebach*, & *mat*, cum rex omnino obsessus est, & immobilis redditur vt mortuus. Non inficior tamen vsuum ludi, & antiquum Romæ, nam de illo sic meminit Martialis, *lib. 14. Epigra. 20.*

*Insidiosorum si ludis bella latronum*

*Geminus iste tibi, miles & hostis erit.*

¶ Narrat ¶ Herodotus grassante annonæ difficultate tempore Atydis Manis regis filii per vniuersam Lydiam, Lydios remedia multa quæ fuisse huic malo, inuentum que tunc ab iis alegg, tessarum, pile ludum, aliaque ludorum genera, præterquam talorum: horum enim inuentionem sibi non vindicant Lydi. Porro ad famem discutiendam, altera quidem, dierum, in totum lusibus occupabantur, ne videlicet ciborum quærendorum sollicitudine distorquerentur: altera vero a lusibus abstinentes, pascebantur, vel diuinatum rerum meditationi, quam seruilibus istis, vanis, & pessimis. Quod certe omnes concedent, si quam breuis vita sit cõsiderent, quamq; artes longæ, & quanta nobis singulis pro modulo ingenii proposita sint explicanda negotia. Sunt qui modos fallendi & accelerandi tempus conquirunt, ego autem contra reitendi perquiro, vt memor illius epigrammatis Luciani, *in antologia, eis δὲ σπαιεγίαν, in infelicitatem.*

*τοῖον δὲ ἐν σπαιεγίαν. πᾶς ὁ βίος βεγγυὸς ἐστὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς, μὴ δὲ ἀπὸ τῶν ἐπιχρῶν.*

*Rele aggentibus quidem omnis vita breuis est:*

*Male autem, vna nox infinitum est tempus.*

¶ Inuenti ¶ tamen ludi sunt solorum, in quibus dum luditur, vestigia quoque quædam eruditionis apparent, vt in Tarotis, & iis cum quibus excusæ sunt vna sententiæ sacræ paginæ & philosophorū, apud Welchelum Luretiæ typographum. Ceterum, & illis & simi-



Nomina horum Olympia, Isthmia, Pythia, Nemea. Quae celebra-  
 u; Pindarus, explicauitque eius scholiastes, & Alexan ab Alexan-  
 dro Geotalium dierum 5. cap. 8. Leonicens lib. 1. cap. 68. ¶ De  
 10 olympicis in honorem Iouis introductis, sic Strabo loquitur, li.  
 8. Geogra. P. Est in agro Pyseo templum ab Elide stadiis minus tre-  
 centis abiens: ante illud vero locus vestitus olea surgit, in quo stadium  
 iacet. Alphaui autem alluit, ex Archadia labens, & Triphyliacum  
 intrans mare, inter occasum & merid. Inuis quidem ex Olympi  
 Iouis oraculo ingentem sibi claritatem vindicauit, eoque deficiente, vi-  
 bilominus tamen tempis fama remansit: & quantum ipsi nouimus ad  
 auctus est & celebratus gratia, & ludorum Olympiorum causa quos  
 sacros & corona illustres, & inter alios omnes, e quibus maximos arbi-  
 trantur, & c. Pisei primum auctoritate condendi ludos hos sibi  
 usurparunt, quod illis exitio fuit. Eleis sibi eosdem per Phidonem  
 Argium aduocatum usurpantibus, vt narrat Pausanias, lib. 6. in  
 Eliae postremo scribit & plura in Atticis. Scribit & de Stadio ab  
 Hercule metato Olympico sexcentorum pedum Gellius, lib. 1. c.  
 1. post Plutarchum, lib. quanta sit in hom. corpo & ingenio differen-  
 11 & Pinium, lib. 2. c. 23. ¶ Nicolaus & Gerbellius, lib. 6. de Pelopo. in  
 urbis & in Elide. ex Sophiano, Herodoto, Pausania, & aliis tradit,  
 haec Olympica certamina per singulos quique annos renouari  
 solita, cum maximo Graecorum concursu: atque solites hos ludo-  
 s semper plena Luna, ab 11. mensis vsque ad 16. diem, quae praem-  
 ia & corona victoribus concedebantur. Tantaque fuit Olympi-  
 orum veneratio, vt postea per Olympiades Iustitiales ceperint  
 anni numerari, ab anno a Troia capta Graecis 406. Eusebius in  
 Chronic. anno tertio regni Labdon regis Hebraeorum, regnante  
 apud Assyrios Tantane: apud Aegyptios, Thoo: expletis a mundi  
 principio quatuor millibus decem & octo: a diluio, 477. a nati-  
 uitate Nini regis Assyriorum, annis 835. a natiuitate Moysis, 305.  
 vt auctor Eutropius, lib. 1. de gest. Romano.

12 ¶ Isthoc certamine lex erat, vt nemo coronaretur, nisi in que-  
 cunq; in medium prodeuntem, sine discrimine & electione con-  
 grederetur: non enim licebat eligere eum cum quo victurus cer-  
 13 taret, t. s. Plutarcho, lib. de tranquillit. animi. ¶ Tanta tamen  
 laus istius victoriae & coronae oleagineae, vt eam non dubitet Ci-  
 cero aequare Romanis triumphis, Cicero pro Flacco, & 2. Tuscul.

14 ¶ Isthmia certamina, ab Isthmo, qui angusta portio terrae est in-  
 ter Argium, & Ionium mare, non longe a Corinthio in Pelopon-  
 neso ibi ludus hic primum in honorem Neptuni celebratus, a la-  
 lone primum, cum ex Colchi periculis in patriam remearet: quia  
 ibi Neptunus fauorem habebat praerelictissimum, vt ait Pomponius  
 Mela, lib. 2. in Macedonia, quod erat Iuco pinearum arborum cir-  
 cumclatum, vt notat Strabo. in 8. Fuit & in honorem celebratus  
 Melicertus, quem Polemonem nominarunt, de quibus late Pau-  
 santias, in Atticis. Hyginus in Mythologis. Ouidius, 6. Fasto. Scho-  
 liaste. Apolloni, in 3. Apollo. Rhod. Argonaut. Erst Plutarchus re-  
 ferat Isthmorum ludorum inuentioem ad Theseum, eo quae ad  
 emulationem Herculis, qui Olympicos instituerat, primum in-  
 treduxisse tradit, Plut. in Theseo. Scriptum & ab aliis Sypolum  
 Corinthiorum regem eos instituisse, cum ibi Melicertem puerum  
 eo loco deuentum a Delphine inuenisset, & cum sepelisset.  
 Quod & tradit Suetius, in prin. Thebaid. & Pausanias, in Atticis.  
 Quod & verum est. At quod de Theseo fertur, intelligi debet,  
 Theseum ludos intermissos ob latronum pericula subleuatis Iatronicis  
 ludis, redintegrasse. Nam autem quinquennio renouarentur  
 Iudis, dubium est, id afferentibus Solino, c. 13. & Pompo. Me-  
 la, ubi supra. Pindaro autem, tertio quoque anno tantum, vocante  
 & eo trietericam illius anni victimam, Pind. ode 6. Nemeor. ep. o.  
 2. Sibi annotat Ioan. Leonicens. Illius certaminis praemium, co-  
 rona primum apii, deinceps ex pinu, propterea quod infrugifera  
 maris instar arbor sit, vt aiunt se holia Pindari.

15 ¶ Certamina tamen Pythia introducta in memoriam Apollinis, qui  
 serpentem veneno maxime nocentem interemit, vt ait Ouidius,  
 1. Metamor. Alii ab Euriloco Thessalo, Amphictionum duce, de-  
 bellatis Cyrbhis instituta ferunt, in honorem Apollinis. Ioan. Leo-  
 nicens. in 1. ode. Pythia. Pinda. Principio nouem annorum spatio age-  
 bantur Pythia, postea ad quinquennale tempus redacta. Efeulea  
 primum corona, deinde laurea, Ouid. d. lib. 1. Metam. pro praemio  
 16 dara. ¶ Nemea tamen certamina originem habuerunt a certamine fune-  
 bri instituto per septem duces Argiuorum, in honore Archemo-  
 ri filii sacerdoti: Lycurgi, occisi a serpente. Hi enim pergentes in  
 Lemnu Thraciae, vt opem ferrent Polyntici contra Thebanos sibi  
 petiti petierunt ab Hypsipyle Lemnia muliere, vt aqua in illa re-  
 gione potui apta ostenderet. Quib; obsequis vt ostenderet, Arche-

moru puerum cuius nutrix erat, in quodam loco reposuit, donec  
 rediret, quem mora pedente serpens quida suffocauit: quo reper-  
 to occiso, Proci in eius memoriam ludos instituerunt, Strabo, in  
 8. Pausan. in Corinthiis in Nemea sylvia, consolantes Hypsipylem,  
 quorum praefides luatuosis verbis inducebantur. Hos postea ta-  
 men ludos, in meliorem statum Hercules renouauit, deuicto leo-  
 ne Nemeo, vt notat scholiastes in Pindarum. Renouabantur au-  
 tem post tres annos singulos.

¶ Erant salu ludu Romae theatrales Circenses, Equestres, secu-  
 17 lares, in quibus exhibebantur spectacula Comediarum, Tragedi-  
 arum, agitarum equorum, & aliarum rerum ad delectandum  
 populam, vt decursus equorum Troiae, venatio Africana, Sueton.  
 in Calig. c. 18. ad voluptatem, & minorum, & satyrorum, & met-  
 tricum floralium nudationes, & alia id genus. Et ad voluptatem  
 populi permisos fuisse ludos potissimum gymnicos testantur ad-  
 huc leges, l. 1. & 2. 3. de specta. lib. 11. Cit. 40. & Loni, de expen. Indo.  
 eo lib. 11. tit. 41. Erant & Megalenses qui & Taurii Comptalicii, tu-  
 uenales. Honorati, de quib; Alex. ab Alexan. lib. 6. c. 19. Militares,  
 de quib; Valentinus, lib. 12. c. 12. de remilit. & alii, de quibus Valerius  
 Maximus, lib. 2. tit. 1. in morem Ludor. ¶ Exhibebantur tamen & gladi-  
 18 toria munera, pugilum crudelia spectacula, ex quibus primum ar-  
 morum tractandorum meditatio a P. Ruilio cosule C. Malli  
 collega militibus traditam, scribit Valerius Maximus, idem, lib.  
 2. c. 1. in P. Ruilio. Is enim ex lude C. Aurelii Scauri, doctioribus  
 gladiatorum accessit, vt ad inferendi ictus, subtiliorem  
 rationem legis ingenerauit, virtutemque arti, & rursus artem  
 virtuti miscuit: vt illa huius impetu fortior, haec illius scientia cau-  
 tior fieret.

¶ Horum distinctio habita, quid de prohibitione specta-  
 19 culorum traditum sit audiamus, & consideremus res ipsas propo-  
 sitas in spectaculis primum, dehinc personas, tertio modum &  
 tempus. In primis turpia, ludicra, mimica, histronica, derisoria,  
 satyrica, ioculatoria, magica, praestigia, indigna sunt quae ab homi-  
 ne sanae mentis fiant, vel fieri incipientur: qui enim illis assistunt,  
 videntur foeci & participes sceleris, auctoresque, quod compro-  
 bent. Proinde poena eadem, & nota digni Histronices autem, qui  
 artem illam exercent, vt ipse impunitentes, a sacrosancta corpo-  
 ris dominici communione pelluntur, ca. pro dilectione, de consec.  
 dist. 2. Et filius qui se inter acenarios vel mimos sociauerit, & in  
 hac arte se professione persequerit inuitis parentibus, quie-  
 ius professionis non sunt, potest exheredari, §. cassus, vt cum de  
 appellatio. cognosc. coll. 8. tit. 1. 2. In Agathensi concilio, c. presbyteri,  
 34. dist. presbyteris, diaconibus, subdiaconibus, & aliis clericis,  
 quibus licentia ducendi uxores non est, interdicitur, ne aliarum  
 nuptiarum conuiuiis interfiant, ne his conuiuiis miscuantur, vbi-  
 20 matoria cauantur, & turpia aut obsecani mortis corporum, cho-  
 reis & salubris offeruntur: ne auditus & obsecanis lacris minist-  
 rariis deputati, turpium spectaculorum, atque vbiuorum contagione  
 polluantur. Et rursus in concilio Laodicensi, c. non oportet, in 2. de  
 consecra. dist. 5. Non oportet ministris altaris, vel quoslibet clericos  
 spectaculis aliquibus, qui aut in nuptiis aut in scenis exhibentur, mer-  
 esse, sed antequam thymelicis ingrediantur, surgere eos de conuiuiis &  
 abire de bere.

¶ Nam tamen illis ab omnibus spectaculis cauendum esse dicitur,  
 21 c. bis rigitur, 23. dist. & sup. dictum est. Quod & reliquis Christianis  
 obseruandum vult D. Bernardus, sermo. de conuersio. ad cler. ca. 12.  
 Ceterum, inquit, vana spectacula rogo quid corpori praestant, quid ve-  
 animae conferre videntur? aut certe nihil in homine, cui curiositas pro-  
 fit inuenies: fruola profus & inanis & nugatoria consolatio, & nescio  
 quid durius illi imprecor, quam ut semper habeat quid requirat, qui  
 inuide quietis pacem fugitans, curiosa inquietudine delictetur. Et  
 Basilii Magni, sermo. de legendis. libr. gentili. Oportet, nec oculos  
 22 spectaculis, nec vanis praestigiarum ostentaculis tradere, nec per au-  
 res corruptricem animarum melodiam audire. Hoc enim musica ge-  
 nus, seruitus & ignobilis fructus parere, praererea libidinum acule-  
 os acnere solet. Meminit Plinius Iunior, lib. 4. epistol. iudicii in  
 hac re obseruandi. Gymnicus, inquit, agone apud Venenos ex eu-  
 23 in idam testamento celebrabatur, hunc Trebonius Rufinus in dau-  
 mur au tollendum abolendum ve curar atque negaretur ex aucto-  
 ritate publica fecisse, eumque restitui heredes postulasent, egit ipse  
 causam suam apud Traianum Imperatorem, Caio Plinio (loquente)  
 in consilium assumpto, dicebat eas potissimum liberalitatis prima-  
 24 torum hominum esse omni re publica valde suspectas, quae civitati mil-  
 lum ornatum, nullam utilitatem plebi solam duxerat voluptatem  
 ac delectationem adferant. Aliquis tandem, ne otio torpesceret Ven-  
 nos,



Ad gladiatoria certamina & spectacula pertinent monomachia, & conuersus hastatorum, quem vocant Ioules, seu torneamenta, ex quibus caedes vt plerumque tragediam perficiunt. Vnde merito & haec certamina & spectacula sublata sunt, & improbata a summis pontificibus, & in his vulneratis conceditur quidem poenitentia, de eedentibus autem in his, negatur sepultura, ca. 1. & 2. de torneamen. lib. 5. Decret. tit. 13. c. monomachiam, 2. q. 4. Et clericus in duello pugnans denonitur, c. 1. de cleri. pugnan. in duello, li. 5. Decret. tit. 14. Sed de duello, quod non voluptatis causa, sed vel purgationis seu iudicii causa committebatur, dicemus Deo fauente in iudiciis. Theophilus Antiochenus Patriarcha lib. 3. ad Autolycom contra calumniatores Christianae religionis, & monomachias ait prohibitas spectare Christianis, & interesse spectaculis profanis, ne oculi inquinentur & oculi audiant profana, quae ibi decantantur carmina: dum Thyestis tragica facinora commemorant. Et Tereti liberos deuoratos recitant, & familia.

De alio crimine extraordinario, de Otio.

C A P. 6.

- 1 Homo laboribus additus.
- 2 Labor bonus non debet esse vacuum a mercede.
- 3 Homo pars vniuersi, & vt ipsum moueri perpetuo oportet.
- 4 Otium vanum mors, & otia mala. & 5. 8. 9. 10. 11.
- 6 Tempus triplici modo male teritur, nihil agendo, inutilia, vel male agendo.
- 7 Tempus sistendum.
- 10 Otia si vt reddant rationem vnde viuunt, lex. & 12.
- 13 Mendicantium validorum non laborantium castigatio quae, & ad quos iudices pertinet, de his leges, & exceptiones penarum. 14. 15. 16. 17.
- 18 Otii iudicium apud quos. & poena. & 19. 20. 21. & 22.

**R**es si singulari, integrae & vtilis conferantur, & tunc demum excellent, cum vtilibus sibi destinatis inferuiunt: contra si a proprio vsu moderato quiescant, fordescent & corrumpuntur. Homo mancipium laboris factus est, postquam additus operi fuit ab initio, & audiuit ob illud primum ingens caelum, In sudore vultus tui vesceris pane tuo, Genes. 3. Iob id aperte testatur, c. 1. quis nos potest, 13. q. 4. homo, inquit, nascitur ad laborem, & auis ad volatum. Et vita vera haec hominis & felix, laborare. Labores manuum tuarum, ait David, Psal. 127. quia manducabis, beatus es, & benedicti erit: vxor tua sicut vitis abundans, in lateribus domus tua: filii tui sicut nouella olivarium, in circuitu mensae tuae. Ecce sic benedictur homo, qui timet dominum. Et in ecclesiastico, c. 2. hanc ratum sum partem meam, si vterer labore meo. Et rursum, eod. c. 7. non oderis laboriosa opera. Ecclesiastes etiam, c. 5. hoc visum est mihi bonum, vt comedat quis & bibat, & fruatur lactia, ex labore suo, quo laborauit ipse sub caelo, numero dierum suorum, quos dedit illi Deus, & haec est pars illius, &c. Et, bonorum laborum gloriosus est fructus, Sapient. 3. Quia sapientia reddit iustus mercedem laborum suorum, eod. 10. Et licet laborem non sequatur semper effectus, tamen mercedem suam apud Deum labor habet, ca. nisi cum pridem, & porro, de re nuntiat. Et si merces felicitatis acquiritur per laborem virtutis, ca. ieiunium, de consec. dist. 5. Dicitque Paulus, 2. ad Thessa. ca. 3. absolute pronuntiauit, vt, si quis noluerit operari, ne manducet. Vt contra iustum est, vt ibi quis conlequatur stipendium, vbi laboris impendit obsequium, c. sacerdos, 1. q. 2. ca. caritatem, 1. 2. q. 2. non enim debet esse vacua mercede, & ne autem, de iudicib. in auct. Labor inquam bonus, quem praecedere virtutem voluit Deus & praemium, & vt per illum, quae bona & rara sunt consequamur tantum: & carius quod consequimur eo sudore nobis sit. Sic Hesiodus,

ἦν δὲ ἀγέλης ἰσθόρῳ θεοῖ ἀετὶ ἀετὶ δὲ ἔδεν ἔδην ἔδην

ἀδύνατοι, id est,

Anse virtutem Deus sudorem posuit immortalis.

Et vt Epicharmes apud Xenophontem, de dict. & fact. Socrat.

πῶνον πωλῶν ἡμῖν πῶνον τ' ἀγὰρ οἱ θεοί, id est,

Laboribus vendit nobis omnia bona Deus. Atque vere, Euripid. in Hippol. act. 1.

πᾶσι δὲ ἔδοντες βίῳ ἀνθρώπων,

κ' ἐκ βίῳ πῶνον ἀνάπαυσις, id est,

Omnis arduosa vita est hominum,

Et laborum non est requies.

ταὶ δὲ ποικίλα πᾶσι τοῖς ἐδόμενοι, Euripid. in Supplici. act. 2.

E. enim multi labores multum beant.

Pindarus etiam, in Pythias ode 5. Ep. 2. cum axioma illud dicitur inuicem

posuisset primum,

πῶνον δὲ βίῳ ἀποκλαραῖ βίῳ,

βίῳ βίῳ, id est,

Laborum nemo exfors est,

Neque erit.

Adiicit postea, idem ode 12. & si. Antist. vit. aliam celebrem sententiam superioribus similem.

εἰ δὲ τίς ἔλθῃ ἐν ἀνθρώποισιν, ἀνὸν χεμάτω ἐ φάινε.

id est,

Si quaedam felicitas inter homines est, non sine labore videtur & apparet.

Adstipulatur Horatius, sermo. 1.

Nihil sine magno

Vita labore dedit mortalibus.

Et apud Theocritum,

οἶτον ἀλοιῶν φεῖζαν τὸ μετὰ βουδὸν ὕπνον,

ἐκ χαλαρῶν ἀργύρον τελεθεῖσι θυμὸς δὲ μάστιγι,

ἀπὸ δὲ δὲ ἀμῶν ἄς ἐγερμένῳ κορυδαλλῶ

κ' ἀλγῶν εὐδῶν. ἑλινύσαι δὲ τὸ κῆρυμα,

εὐνῶς δὲ τῆς βίῳ παίδες βίῳ. ἢ μελὰ δὲ ἀνὸν

τὸν τὸ αἰὼν ἐγχεῖται. πᾶσι δὲ βίῳ αἰὼν.

id est,

Qui trituras frumentum, fugite somnum meridianum,

Ex culmo tunc paleae quam maxime exorunt.

Messores incipere oportet, cum galericia excitatur,

Et de sinere cum illa dormit, & sine sensu tolerare astum.

Operari, vane vita optanda est, quia non curat

Eum qui potum ministrat: abunde enim illi sappetit.

¶ Vniuersum hoc, inquit Marsilius Ficinus, lib. 12. episto. Callima, 3

cho scripta epist. 23. cuius quodammodo partes sumus, semper cum moueatur, & id quod, tradit Iustin. 5. ut autem lex, de non alien. reb. eccle.

certe nos ab aditione motuque vacare neque possumus unquam, neque

debemus. Praesertim quando primus perpetuusque, motus, vt placet Platonis, est ipsi animae naturalis, & vita nihil aliud est, quam animae

motus, & actus. Motus verus, ad bonum est laborare: contrarius vero

malis operam dare. ¶ Nec mihi videtur homo dicendus, qui Epicuri

de grege porcus, bene curata cute viuit conditus voluptatibus, iners teres, & inuile pondus, numerus & fruges consumere

natus. Vt probe Seneca dixerit, episto. 86. otium sine literis mors est,

& viuis hominis sepultura. Abuntur enim illi vita, brutis animalibusque peiores otiosissimi animalia vsui nobis sunt ad quaedam:

isti autem noxii, tantum laborantium hominum victum comedentes

fucii stupidi & frugum bonorumque corruptiones. Potiusque spiritum vt pecudes trahentes, quam viuentes, vt ait Crinitus,

lib. 2. de hon. discip. c. 12. Natura humana, inquit Theodericus

Gotthorum rex, Cassiod. li. 1. varia. epist. 40. sicut duris laboribus instruitur, ita per otia torpentina infatuatur. Proinde criminari datur, ita

otiosi vt nullos labores quis probos suscipere velit, quantumuis diues fuerit: tum quod is a natura ita degenerat, tum etiam quod

naturam propriam abhorrendo, in superbiam incidat. Sic enim cecinit David,

Psal. 72. c. paratus, 23. q. 1. in labore hominum non sunt,

& cum hominibus non flagellabuntur: ideo tenuit eos superbia, & operi sunt iniquitate & impietate sua. Contemnit enim quod dictum est,

Psal. 103. exiit homo ad opus suum & ad operationem suam vsq. ad vesperam.

Qua sententia monemur nunquam ab aliquo opere bono nos otiosos esse debere, ne si otium a bonis irreplebit, vacuam illam sedem metris & corporis nostri, quam obseruat aduersarius hostis humanae naturae, vanis & impis cogitationibus & pessimis laboribus repleat. Quia vt tradit D. Hieronymus, ad Rusticum, & in c. nunquam, de consecrat. dist. 1. otiositas

multam docuit malitiam, Eccles. 6. 33. c. nisi cum pridem & verum, de renuntiat. Et ecce, haec iniquitas fuit Sodomae, Exechiel. c. 16. superbia, firmitas, panis abundantia, & otium ipsius & filiarum eius.

Ex hoc otio seminarium omnium malorum. Prodeunt hinc fures: qui enim sua consumunt, dum defunt, aliena sequuntur.

Ex otio autem & inertia paupertas & inopia, Qui sectatur otium, replebitur egestate, Prouerb. 23. vt is, qui exerceat terram suam, saturatur panibus, Prouerb. 12.

ἀργῶ, Euripid. in Electra act. 1. ἢ εἰδεις, θεὸς ἔχων ἀνά σῶμα,

βίον δὲ βίῳ ἀνὸν ἔλεν ἀνα πάυσι,

id est,

Nemo enim ignauus, & si Deum in ore habeat,

Victum acquiras sine labore.

Et de causa admonet fratrem Perfam Hefiodus, circa principium, 2. oper. & dicit.

ἔργα δὲ τῶν ἀνθρώπων θεοὶ διατεταμένως ἐπέβουλον, οὐδὲν ἄνευ θεῶν γινώσκοντες, οἱ δὲ ἀνθρώποι, &c. id est,

Labora solida Perfa

Opera, qua hominibus Deus destinavit. Ne quando cum liberis vxoribz, animo dolens Quæstus victum per vicinos, qui negligant, scilicet dare.

Apud Aristophanem, in Pluto, paupertas optimis argumentis docet, se esse omnium bonorum causam inter homines, nempe quod eius metu, artes & mercaturam & reliqua, quibus diuitiæ parantur, homines sectentur, & in his laborent. ¶ Secundo, ¶ qui otio defidioso sciant, tempus labi irremocabile patiuntur, quia iactura damnosior alia non est. In quo tripliciter maxime peccatur, cum scilicet nihil boni agitur, vel quando in rebus modicæ, vel nullius utilitatis teritur, vel si male agatur, Crin. lib. 15. de bon. distip. c. 3.

¶ Tempora ¶ inquit Seneca, lib. 1. episto. epist. 2. quadam surripiuntur nobis, quædam subducuntur, quædam effluunt, vtræq; sistenda. Turpissimam iactura quæ per negligentiam fit. Magna pars clabitur male agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud agentibus. Erit tempus in æstimabile ei qui intelligit se quotidie mori, & tantum a vita subtrahi, quantum dierum addicitur. Sera nimis vita est crastina, viue hodie. Quod profequitur erudite Marcellus Ficinus ad Laurentium Medicum scribens, lib. 1. Episto. epist. 81.

Referet Alitanus, lib. 2. var. hist. c. 5. Lacedæmonios temporis paritate existimasse habendam esse, nec permisisse civibus in otio, vel in ludicris id consumere. Cuius testimonium illud, quod cum nuntiatum esset Ephoris Lacedæmoniorum, eos, qui Diceleiam tenebant, deambulationibus vti pomeridianis, cum mandato miserunt ad eos qui dicerent, Ne deambuletis, vt genio indulgentis potius, quam vt corpus exerceatis. ¶ Orosius, lib. 2. ca. 16. otio ¶ discordias nutriti scribit. Et vt Catullus ait, ad Lesbiam.

Oium reges prius, & beatas perdidit vrbes.

¶ Lex ¶ Cæorum de senibus admiranda, quæ ab ipsis senibus obseruabatur, vt coronati cicutam biberent, cum sibi ipsis consilii essent, se ad promouenda patriæ commoda inutiles amplius esse, animo iam ob ætate delirante. ¶ Alian. lib. 3. de var. hist. ca. 36. ¶ Apud ¶ Sardos quoque, idem lib. 4. ca. 1. quibus & lex erat, quæ, vt eas ignauæ exigeret & fœcordiæ, & qui otiose viueret, eum rationem reddere oportebat, & vnde viueret ostendere. Lege alia cautum erat, vt filii parentes senio confectos sustibus cæderent & interemtis sepelirent: absiudum arbitantes esse, si delirus senex vterius in vitis ager. Lex illa nimium seuera quidem, & impii in parentes: at quantum apud illos esset otiosi & inutilis hominis odium ostendit, vt neque etiam parentibus ob id parcendum esse voluerit.

¶ Mira ¶ obseruatio operis inter politica animalia, apes videlicet: cessantium inertiam notant, castigant mox, & puniunt morte, vt scribit Plinius, lib. 12. c. 10. ¶ Quamobrè ¶ cum Lerua malorū sit otiositas, & scelerum viperina origo: ii, quibus demandata est reipub. cura & politia, summo opere otiosos castigare & emendare conati debent, vt intercipient eo remedio ad scelera proximum gradum. Atque ideo inquirere debent sedulo quomodo, & vnde quis viuat, quam artem exerceat, & erroneos, quos vocamus vagabundos, eo quod vacent & otiosi sint, vel limitibus suis exilio propellere, vel ad operandum cogere, & recusantes punire: vt olim vidi sæpe condemnari in Gallia, ad remos tractandos regiarum nauium.

¶ Sunt ¶ Mendicantes validi refugientes laborem, aduersus quos iudicibus quibuscunque, quorum appellatio nullo alio iudice intermedio ad senatum deuoluitur, ius notionis cõcessum est singulari priuilegio, vique ad sententiam definitiuam ex constitutionibus regis, Carol. 7. art. 37. Ludis. 12. in publ. an. 1499. art. 91. & 92. Statuit curia suprema senatus Parisiensis, anno 1532. in tomo 3. constitut. regiar. ex Rebuffi rapso. hacq; omnia decreta, in §. si vero visa occasione, cum seq. de questor. in aurb. colla. 6. vt mendicantes omnes validi, qui artem non nossent, a magistratibus politicis ciuitatum caperentur, & operibus publicis addicerentur, putat ad fossas purgandas, viarum quilibet egerendas, & similia opera. Prohibetque, ne quis homines erroneos hos, otiosos, & mendicantes validos, celet domo: neve hi turmatim extra vrbes incedant, neque ultra duos associari, alioquin licere eos prehendere,

& proximo tribunali iudici sistere puniendos. Aliis placitis cautum, in d. 3. par. constit. regiarum, vt si quando mendicantes validi deprehensi sint, in elemoynis publicis eo prætextu elemoynam vere indigenum fraudare, si moniti non abstineant, fustigentur. Lex etiam erat antiqua Francorum, Beat. Rhena. lib. 2. ver. Germanica. Mendicis vagari per regiones non permittuntur: suos pauperes qualibet ciuitas alio, illis nisi manibus operentur, nullus quicquam dato. Notat & illa lex mendicantium errantium & pessimum consuetudinem, qui malunt mendicare quam operari, sicuti & Eurimachus exprimit apud Homerum, Odys. c. seu 18. ciren finem, affatus Vlysem, qui se mendicam simulabat: ad quem, postquam interrogasset, num vellet seruire, & promississet se eum suscepturum in agri extremitate cum aliqua mercede, adiecit,

ἀλλ' ἐπεὶ ἐν δὴ ἔργα κτλ. ἐμμάστε, ἢ ἐβελήστε ἔργον ἐπιούργησαι, ἀλλὰ πῶς ἔσται κτλ. ἡμῶν βέλαι, ὅς ἂν ἔχρησ βροχῶν σὺν γαστρὶ ἀναλλογ, id est,

Sed quoniam opera mala didicisti, non vales Opus adire, sed trepidare in populo Vis, vt possis pacere tuum ventrem in satiabilem.

¶ Dicitur ¶ mendicus erro, vagus ab Homero, idem, in princ. 14. Odys. 18. & Græcis, ἐλάπης. Ertonem porto Labeo definiuit pusillum fugitium esse, & ex diuerso fugitium magnum, ertonem esse. Quod explicans Vlpianus ait, in l. quis sit fugitiuus, 17. §. errorem, de adul. edi. lib. 21. P. iiii. 1. eronem proprie esse, qui non quidem fugit, sed frequenter sine causa vagatur: & temporibus in res nugatorias conuertis, serius domum redit. Proinde & eronem esse, animi vitium dicitur, Vpian. l. ob que, 4. §. idem Pomponius, eod.

¶ Imperator ¶ Valens, l. 1. de mendican. valid. lib. 11. C. tit. 25. 15 iubet mendicantium robur & integritatem corporum exquiri & explorari, & inertibus validis iubet pœnam imponi, vt si serui sint, dominis reddantur: si autem liberi sint, addicantur seruitio eius, qui imposturam & inertiam illorum prodiderit. Et ex nouella constitutione ad rectores ciuitatum, hoc munus relictum, inquirendi de personarum mendicantium qualitate, & quos inuenierit segnes agriculturæ vel aliis operibus aptos, ad ea remittendi, & in meliorem vitam mutandi, §. si vero vita occasionem, cum seq. §. de quaest. colla. 6. in aurb. Vtilius, iis esurientibus panis tollitur, si de cibo securi iustitiam negligat, quam esurientibus frangatur, c. non omnis, 5. q. 5. & potius expediret, negaris alimentis hos delinquentes inertia fame perire, quam in delicto fouere, l. bona fides, depof. in P. Nulla est, inquit Columella, lib. 1. de re rust. c. 8. maior vel nequissimi hominis custodia, quam operis exactio, vt iusta reddantur.

¶ Valens ¶ ignauis sectatores, qui ad emittenda ciuilia munera in solitudines & monasteria secedebant, retrahi ad labores statuit, neque prætextu religionis ignauiam passus est, l. quidam ignauia, 26. de decurio. lib. 10. C. tit. 31. Quod & alius Cæsaribus placuit, §. qui sub prætextu, de sacrosancti. eccles. C. l. si quis curialis, de episcop. & cleric.

¶ Excipiuntur ¶ religiose personæ, quæ mendicantem religionis causa professæ sunt ex voto, alioquin non inertes, sed vt liberius inseruiant, rebus secularibus expeditæ, Dei ministerio: quallium sunt sacræ mendicantium familie quatuor, Diuorum Augustini, Francisci, Dominici, & sodalitiū Carmelitarum, quarum instituta eo meliora, quo mendicantem illam voluntariam strictius obseruant: peiora, quo proprietatibus rerum & bonis se ingurgitant: abominanda si negotiationibus & vfuris intendunt, c. vni, §. sane de religio. domi. in Sex. Sunt & cum iis approbandi elemoynarum impendendarum in redemptionem captiuorum, vel hospitalium victui, quæstiones: dummodo castigentur abusus, iuxta iuris pontificii præscripta, c. cum ex eo, de pœni. & remiss. apud Gregor. Clemen. 2. §. 1. eod. in Clement. Excipiuntur quoq; pauperes, qui aliqua accepta fortuita clade, lapsi sunt facultatibus, & mendicare palam erubescunt, iis namque subueniri æquum est, Joan. de Plarea, ad l. vni. de mendic. valid. lib. 11. C. etenim isti artes & dolos mendicantium validorum non exercent, neque inertia factoue suo in id malum inciderunt. Otium itaq; & inertiam hic potissimum plectenda annotamus.

¶ Erat ¶ quoque apud Lacedæmonios otii iudicium, pœna autem secundum Draconem, infamia: secundum Solonem, tertio otii conuictus multa priuationis honorum, vt auctor Iulius Polux, lib. 8. Onomastic. Apud Sardoas, & pœnas ignauæ quoque & fœcordiæ constitutas diximus, vt qui otiose viueret, eum rationem reddere oportebat, & vade viueret ostendere, ex Aliano,



lib. 2. de var. hist. ca. 1. Plutarcho autem scribit, in Solone, Draco- nis legem esse, quae non deditur aduersus mortem, id est, non conuictos in- terficere. Ad infamiam autem Solonem reduxisse mortem, par est credere. ¶ Refert Aul. Gellius, lib. 4. c. 20. apud Censores delibe- rarum esse de nota eius, qui ad Censorem aduocatus in iure stans clare nimis & sonore oratione, tanquam illud iudicium vagi ani- mi foret, & hallucinantis, fluxae atque apertae securitatis. ¶ Ama- sis apud Aegyptios rex, legem condidit, vt singulis eorum annis, Aegyptiis scilicet, apud prouinciarum praesides demonstrarent, vnde viverent. Et qui aut hoc non faceret, aut non demonstraret se legitime viuere, is morte afficeretur. Quam legem Solon, vt ait Herodotus qui hanc refert, lib. 2. ab Aegyptiis mutuatus, Atheni- ensibus tulit: quam illi, quod sit castissima, assidue vsurpat. ¶ Ger- mani olim ignauios, imbelles, & corpore infames, ceno ac palu- de iniecta super crate mergebant, vt auctor Cornelius Tacitus, lib. de morib. Germanorum. Atque palam est, vsucapionum seu praes- criptionum causam, originem habuisse a segnitie, & inductas praes- criptiones ad euitandam miserorum segnitie maxime, c. vi- gilanti, de praescrip. ne diutius rerum dominia sub incerto remane- ant, l. de vsuc. P. ¶ Athenis celeberrimum fuit institutum, sed a Solone, vt Herodotus ait, traductum & Aegyptiorum legibus, quo otium & inertia in iudicium vocarentur, singuli que annis omnes ciues adesse coram magistratu tenerentur, responsuri qua arte quibusve opibus ipsi suique vitam traigerent. Fuitque haec Areopagitarum in primis cura. Ideo vocati in ius Cleantes Nar- cidemus, & Alcibiadi noui Philosophi, vt sciretur vnde viveret, qui nullus essent facultatibus, vt refert Athenæus, & alii, lib. 4. ca. 20. & lib. 5. ca. 2. Diog. Laert. lib. 7. Valer. Maxim. lib. 2. de insti. antiq. c. 1.

De iis, qui Popinas frequentant.

CAP. 7.

- 1 Popinarum frequentatio ex nimio otio, eaque malorum plurimum causa.
2 Popinarum & ganearum frequentatio in Gallia vxoratis & ciuibus quarum, vt & iure pontificio & canonum clericis, & poena. no. 4. 5.
3 Caupona aleatorum locus & perditorum.
4 Cauponarum seu tabernarum in stituendarum causa, & caupo- nis qui. & delicta eorum. Et 9. 10.
7 Caupones de quibus, & pro quibus personis tenentur aliis hospiti- bus. Et 8.
11 Popinis interdictum vendi aliud, quam legumina & olera cocta.
12 Summariaria leges, qua viuendi modum constituiebant.

O Tii perniciosi vitium tradidit, sectari ganeas & popinas, quo inficitur plebis fere omnis multitudo, quo & facultati- bus, dulci quodam veneno infecti & sopiti, spoliantur, & infini- tes, & furandi maleuolentia oriuntur semina. Ideo lege Co- rinthiorum, vt ait Diphilus in Mercatore, apud Athenæum, lib. 6. cap. 2.

Si nihil habens prorsus videtur splendide
Vixisse, carnis datur per herculem.
Nulli licet vixisse sic furis sine
Intelligi. Sed est necesse noctibus
Spoliare furarive, vel cum quopiam
Habere partem, falsa testari, in foro
Fallere accusare. Pessimum genus
Purgamus hoc & rectissime.

¶ Prohibentur in Gallicis ciuitatibus & oppidis, singulis annis repetitis constitutionibus, vxoratis, & ciuibus & oppidanis, voce praecoris ganeae & diuerforia illa viatorum causa instituta. Saep enim nidore earum helluones naribus attracti & gutture inescat- tifices & mechanici, obliuiscuntur domesticam familiam, & vnicuique symbolo consumunt soli, quod omnibus domesticis fame laborantibus in hebdomadam suffecisset: ibique interim helluo- nes terunt tempus, quod ad vitam conquirendam necessarium valde est. Atque inde ebrui exeuntes audaciores ad scelera prode- unt. Quibus poena meo iudicio esse aptior non posset, ieiunio ab- steinio, cum carcere publico: vt per quae quis peccauit, per ea tor- queatur. Horatius; 2. Sermo. maximum opprobrium putat po- pinonem dici, dum ait;

Inbecillus, iners, sim quiduis: adde popino.

¶ Cautus quocumque iurif. l. si quis seruum meum, 26. de iur. in P. iniu- riam fieri patri dic. t. aut domino, si quis filium aut seruum in popinam

duxerit, nempe, quod eo colluuiis hominum & aleatorum & ead- ronum conflit turba. Sic enim cauponam, id est, tabernam vna- riam, tradit primum in iudicium Lydus Herodotus, in 1. vt lu- dos, quorum auctores sunt, liberius exerceant. Alianus, lib. 13. cap. 14. arguit Byzantiorum temulentiam, qui relicti suis aedibus & domibus peregrinis eas mercede locabant, vt transmigrarent in cauponas, vxores etiam illis relinquentes, tanquam duorum cri- minum reos, temulentiae, & prostitutionis. ¶ In clericis hoc vi- tium magis reprehenditur & punitur iure canonum Apostolico- rum, c. Apostolo, 41. Inter quos hic, ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διά- κονος ἢ κληρικός ἢ ἄλλος ἐκ τῆς ἐκκλησίας, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διά- κονος, ἢ κληρικός ἢ ἄλλος ἐκ τῆς ἐκκλησίας, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διά- κονος, ἢ κληρικός, ἢ ἄλλος ἐκ τῆς ἐκκλησίας. Episcopus, presbyter, aut diaconus, qui alea aut ebrietatibus indulget, aut desinitio, aut deponitur. Monet Deus, ne grauentur corpora crapula & e- brietate, Luca 21. & c. a crapula, de vit. & honest. clericis. Et in con- cilio generali, Clerici tabernarum prorsus euitent, c. clericis, ca. 15. eod. nisi causa necessitatis in itinere constitutus cogat. In concilio Laodi- censi, omnibus clericis, & qui propositum solum habent continen- tia, prohibuit quoque popinas, nisi causa necessitatis intra- re, c. non oportet clericos, 4. d. dist. ¶ In sexta synodo idem & statu- tum, & multo magis cauponam, tabernam seu ergasterium exer- ceteri, c. nulli clericos, d. dist. Idipsum concilio Carthaginiensi, c. cleri- ci, d. dist. Sed in Laodicensi traditur, non oportere non solum clericos, sed nec etiam laicos Christianos ex symbolis, quae vulgus comestialia appellat, conuiuia celebrare, c. non oportet ministros, & c. comesartianos, ea dist. 4. c. nullus, de consec. d. si. 5. Alio canone ap- ostopolico, c. 53. apostolorum est per ueneris, ἐν ταπεινῶν φρασεὶν ἰσχυρὰ φρασεὶν, πρὸς τὴν ἐν ταπεινῶν ἐν δὲ τῶν ἀνάκων καὶ αὐλοῦ, id est, Si quis clericus in caupona cibum capere deprehensus fuerit, a com- munionem excluditur. Excepto tamen eo, qui necessario in itinere, in co- mune dinerit hospitium. ¶ Certe & cauponam & ganearum insti- tutio, necessitatis causa fuit, non voluptatis. Sunt enim caupones, qui viatores pacendi vel quiescendi causa hospitio excipiunt, vel habitandi causa, vel hospitio repentino, Vlpia, licet gratis, 6. §. in factum, nan. caupo stabul. lib. 4. P. tit. 9. & caupo mercedem accipit, vt viatores in caupona esse patitur, Caisus, in l. manna, 5. eo. tit. Hos- pites hi tamen & caupones, ganearumque aeditui, fœde peccant, & coercitione egent, tū in suscipiendis, quos non de certum, dum tyrannice in eos, quos suscipere coguntur, se gerunt. ¶ Nam duo genera sunt ibi hospitium voluntariorum, qui habitandi causa ibi sunt: & viatorum, quos repellere ex itinere venientes non possunt, sed coguntur suscipere, l. §. caupo autem, furt. aduers. nau. lib. 47. P. tit. 5. Quare illorum factum praestant quos habitatores deligunt horum viatorum non praestant, si quid ab iis factum sit, nocitum- ve, d. §. caupo. nisi saluam fore rem polliceantur, id est, nisi custo- diam ipsi suscipiant, l. i. §. si. & l. sicur, nau. caupo stab. in P. Inter vol- untarios hospites & illi sunt, qui loci illius incoxae sunt, quive hel- luones apud cauponem cibi voluptuosioris gratia conueniunt, quibusque vna is subministrat & luxuriae fomenta, l. que adul- terium, 29. ad leg. Jul. de adulter. lib. 9. c. tit. 9. ¶ Vt non immerito caupona pro prostibulo habita sit, l. si. si mancip. ita venie. ne profi. lib. 4. C. tit. 55. speciem namque habent pietatis diuersoria & caupo- nae, sed te vera, quod ibi exhibetur, non pietatis, sed lucri studio sit. Sicuti Plato, 11. de legi. probat quidem cauponariam & taberna- riam rationem in ciuitate eorum, qui hospitalitate indigentiam suppleunt in diuersoriam, rebuq; aequalitatem adhibere conantur. Ceterum caupones tanquam cupidos iure detestatur. Sic, inquit, ubi multi longaeq; viae ducunt in desertis locis, cauponandi gratia do- mos edificunt: oblato diuersorio tempestate pulso suscipiunt, & calori- bus pressos recreant. Verum deinde non tanquam amicos hospitalibus numeribus donatos remittunt, sed vt inimicos atq; captiuos se redime- re crudeliter cogunt, rebuq; omne nibus spoliant. Quae, ceteraque ha- iusmodi in his omnibus turpiter acta faciunt, vt studia haec, quae indi- gentibus opem ferunt, calumnia sint subiecta.

¶ Proinde leges idem Plato, eod. ad caupones & popinas per- tinentes sic tradit.

- 1. Nemo optimatum ciuitate caupo fiat.
2. Qui illiberali cauponationi cupiam operam dedit, a qualibet possit apud optimates accusari, itq; causam in vinculis dicat: quod si domum indigno studio maculasse deprehenditur, vinculis annuis ab hoc opere arceatur. Si iterum lapsus, biennium vinciat, ac deinceps quoties peccasse deprehenditur, duplo tempore semper deincepsur.
3. Peregrini duntaxat & aduena cauponarij artes sequantur, itq; sint optimi, aut quam minime mali.
4. Impendit & emolumentum examinato, quod medio cre cauponali lu- cre sit, vt dunt legu custodes, & tam impendit, quae emolumentum con- scribant.





- 4 Animalia noxia satis & hominibus cum laude capiuntur.  
Et de quibusdam adoratis nem. 5. 6.
- 7 Venari licet omnibus bestias vastantes, ut lupos, vrsos, leones.
- 8 Venatio nobilibus cur permissa: plebeis qua, & quando permissa. 9. & 10.
- 11 Venari in alieno ne liceat quare.
- 12 Piscationes quibus, & in quo loco permissa, & earum leges a rege Franco prescripta.
- 13 Venatio omnis improbat a sanctis patribus.
- 14 Venatio quibus penis clericis interdicta.
- 15 Venandi modus licitum vel illicitum facit venationem.

**A**nimalium venatio triplex est quadrupedum, quae proprie venatio: auium, quae proprie aucupium: piscium, quae proprie piscatio. Ex quibus animalia in nullius ante dominio constituta, quae erentium & accipientium sunt, Paul. l. 1. & Caus. l. 3. de acquir. rer. dom. §. fere igitur bestias, de rer. diuis. ap. Justinian. quando permittitur venatio. §. Rursum, et ferarum venatio quaedam libera, id est, ferarum in libertate naturali constitutarum: quaedam beliarum concludarum, arenaria, quae intra septa arenae fiebat, quaeve infamata, nisi virtutis causa fiat. c. infames, §. nam ut premittimus. 3. q. 7. l. 2. §. si de iis qui not. infra in P. l. ad bestias, de poe. P. l. 1. §. si de Senatus consulto, de post. P. §. Libera et venatio, aut queta, aut clamore peracta seu inquieta. Queta piscatio est, tendiculae, declipulae: inquieta, quae excursionibus & retibus & canibus fit. In his omnibus permittendis vel prohibendis res seu animalia quae capiuntur, personas capientes, & modum capiendi consideramus.

¶ Animalia quaedam sunt valde confitis, interdum & hominibus noxia & lethalia, quae expedit & necessarium est venari & capi. Quemadmodum Hortus Hioei filius, propter Heron filiam Oenopionis & nymphae Helices, insulam securam reddidit, quae feris multis erat referta, nimirum cum magna praedam ferarum a se capturam pro eius dote obtulisset, ut ait Parthenius in Erotico. Sic laude dignus Theseus, qui Maratonium Taurum necauerit. Et Hercules, quod ceperit & occidit Nemeum Leonem. §. Ut contra feras venari, quae aliquo modo vitales esse possunt reipublicae prohibita erat: ut apud Aegyptios ibi cepisse vel occidisse capitale, eo quod illud animal serpentes noxios Aegyptiis, deuoret: ideoque illud inuocet, ut Elei Myiagram, muscarum multitudine pestilentiam adferente. Plin. lib. 10. c. 27. §. Honorius et Cesar occidendorum leonum cunctis facit potestatem. l. uni, de venat. ferar. lib. 16. C. tit. 4. 4. Et quamuis alibi, §. nemo, de pace tenenda & eius violat. lib. 2. feud. tit. 27. in iure prohibetur tendere retia, & laqueos ad capiendas venationes: tamen vrsorum, aprorum, & leporum venandi causa licet. §. Personae et contemplan- dae etiam cum iis. Nam non omnibus venatio permissa. Licet militibus potissimum permittatur, tum ut ad bellum indurentur, laboribus assuefiant, & ad pericula inferenda & vitanda cautores reddantur. Xenoph. in Repub. Laconi: & in l. Cyriped. & in lib. de venat. Ath. in lib. 1. Dipnos. c. 20. nos plera lib. 29. Syntax. art. mirab. tum etiam vt otia vitent, quod maxime familiaritate hominibus. huiusmodi est: nihil enim fere aliud norunt, quam arma tractare, & laqueis pla quoque refugiant, vt necesse sit eorum animum aliquo negotio occupari, alioquin solet ex diuitiis & otio partus impiissimus generari. Sic enim narrat antiqui, Eurip. & Senec. in Hippolyto. Ouid. in epist. Phaedra Hippo. de Diana. Ouid. 2. Fastor. venationem ab Heroibus & nobilioribus, ingenuis: hominibus pertractatam, vt seminarium malorum declinare: cogitatio namque ferarum persequendarum quamdiu occupat & quodammodo replet animum, peregrinas alias pessimas cogitationes non admittit, non secus ac vas, quod plenum est, superiata & respuit.

¶ Permissa et Carolus IV. Ordon. duxoy Charles IV. sur la chaf. §. eius nominis Gallorum rex, omnibus etiam plebeis ius venationis, exceptis priuatis cunicularis, cum canibus, auiibus, sine ea esset cunicularum, sine leporum, tendiculae tamen illis noctua vel interdum fieri prohibuit, vt feris magnis animalibus, nisi si qui hoc ius ab eo obtinissent. ¶ Venari et etiam, non tendi retia nec venationes fieri phasianorum & perdicum ab aliis, quam nobilibus habentibus meram imperium, vel eorum permissu intra suam iurisdictionem. Prohibuit etiam nobilibus, nisi barones essent, vitos capere phasianos, vel alio modo quam praedatorio aucupio auium. Prohibuit plebeis, ne aues praedatorias venentur, nisi auctoritate regia vel cognitorum regionum. Franciscus etiam eius nominis primus, in consuetu. des chasses. anno 1373. die 6. Aug. artificibus, agricolis, & aliis plebeis non nobilibus, prohibuit o-

mnem venationem animalium, ne ab opere renouarentur, vagantique dare ut occasio, & incultae & steriles terre relinquerentur: cum potissimum ab earum cultura nec momento abesse debeant. l. 2. de nundin. in P. l. colonos, in 1. de agric. & cens. lib. 11. C. Eiusque notionem latruncularioribus, quos vocant preuost. de maref. banx, & eorum vicariis concessit edicto alio, consuet. ann. 1338. die 12. Ianua. & an. 1339. i. Iulii. Hasque constitutiones renouauit filius eius Henricus II. anno Dom. 1547. 16. August. Sequuta tamen postea prohibitionis interpretatio, Henric. II. in consuet. declaration de ceux qui sont prohibez de schasse an. 1552. 5. Sep. non prohiberi venationem dominis rerum, sed eos in suis, puta pascuis, syluis, nemoribus, dumetisque; propriis posse venari, exceptis maioribus feris, rufis. §. Et certe hoc aequum etiam est, ne in alienis potissimum sine voluntate dominorum venari liceat, iis prohibentibus, l. 3. de acq. rer. dom. P. l. diuus Pius, de seru. rust. P. §. plane, de rer. diu. ap. Justinian. Prohibere autem videtur dominus ferarum venationem, si locum illarum concludat, nempe sylvam laepe, vel macerie, vel edificio iungat, si cunicularium exstruat, vel viuarium, vel columbarium. Sic enim notat Bart. in l. venationem, de vrsu. l. vrsu. in l. viuarium domini, §. si in viuaris, de vrsu. u. non licere in cuniculario alterius, vocat garenam, venari, vel in alterius saltu, sine voluntate domini. Et ita feruari ex consuetudine generali Delphinatibus, tradit Guid. Pap. q. 2. 18. Iure itaque prohibitum erit, aucupari iuxta columbaria columbos: nam & illi ferarum naturam exuisse videntur, dum animum redeundi habent, ad locum ubi concluduntur & nutriuntur. §. paunum, de rer. diu. l. naturalem, §. seruos, de acq. rer. do. P. l. 3. §. item feras, de acq. poss. P. Quid autem intefit inter salus, viuarium, garenam, seu cunicularia, habes glossam id explicantem, quam lege. glo. in Clem. ne in agro, §. porro, de sta. monach. apud Clem. §. Piscationes et autem omnibus permittuntur in mari: nam & si prohibeantur, iniuriarum nomine agi potest. l. 2. §. si quis in mari, ne quid in loc. publ. P. l. §. iniuriarum, de iniur. in P. Flumina, quae iuris publici sunt, eius quoque iuris sunt, vt omnes admittant, nisi alius prior occupauerit ripam & locum. l. fin. de vrsuca. P. l. in tantum, de rer. diu. in P. §. flumina, eod. ap. Iustin. Consuetudo tamen in his locum obtinet praescripta, vt si quis in alicuius fluminis publici diuerticulo solus piscatus diu fuerit, conferuetur ei ius, possitque alium ne piscetur, prohibere, ut ait Martianus, l. si quisquam, 7. de diuers. §. temp. praescri. P. Potest & hoc ius rescripto concedi regio, l. fin. de fund. patrimo. lib. 11. C. quia & inter regalia iura, flumina publica sunt, §. 1. quae sunt rega. vide ibi Aluarotum. Vetat tamen regia Gallica constitutio Philippi Pulcri, in constitutio. publica. 129. i. ne quis priuatus Siphones, vocat chante pleures, vel fossas habeat, quibus aquam e flumine publico trahat. Statuiturque eadem constitutione, quibus temporibus abstineendum a piscatione, quibusque instrumentis sit vtendum.

¶ Sancti et patres venationem omnem alienam esse a Christianis censent & scelus esse donare venatoribus, nec vllum fuisse vquam sanctum venatorem, scilicet quo tempore sanctus, contra insignes faisse peccatores. Nem broth, & Elau, venatores. D. August. in P. l. 102. & in P. l. 103. D. Hieronymus, in P. l. 82. in ca. qui venatoribus in i. & 2. c. qui vident, & c. Esau, c. amputatus, 86. dist. vide Polycratum, lib. 1. de neg. curia. c. 4. Toleratur tamen venatio victus causa non clericis, & ob necessitatem. gl. 1. in d. c. qui venatoribus, 86. dist. ¶ Clericis et autem certe interdum proculdubio inquieta omnis venatio, vel ea de causa aues praedatorias, can. l. ve nutritre ex concilio Aureliacensi. c. 1. & 2. de cler. vena. lib. 5. Decret. tit. 24. c. 1. ne cler. vel mon. secu. pat. lib. 3. Decret. tit. 50. c. quorundam, 34. dist. c. cum secundum, de censib. Monachis quoque, nisi victus causa, in propriis syluis, vel ubi ius venandi habeat, forte liceat: per alios tamen, quam per se. Clem. ne in agro dominico, §. porro, de sta. monachor. lib. 3. Cle. tit. 10. Proinde poena concilio d. c. Aureliacensi 4. implicita episcopis venatoribus, si moniti non desistant, suspensio per tres menses a communione: si presbyter, vt duob. si diaconus, ab omni officio suspendatur. d. c. 1. de vita & hon. cler. c. episcopum, & c. omnibus, 34. dist. Satis enim graue est videre destitutum perpetuo Dei seruitio vagantem, & clamantem feras persequi: si victus gratia, de ciborum delectu sollicitum: si lucri causa, pro loculis relinquere verbum Dei, & ministrare mensi: si voluptatis causa, crudele nimum & horrendum, ex facultatibus ecclesiae ad usum pauperum conferuntur, c. aurum, 12. q. 2. cum sim. canes, aues, & nihili homines venatores nutrunt: eum quere de litias seculi, cui dictum sit a Deo: vade, vade omnia quae habes, da pauperibus. tolle cruce m tuam, quotidie. D. Mast. c. 10. & c. 16. D. Mar. 8. D. Luc. c. 9. & c. 14. & sequere me. Gloss. quaedam in c. 1. de cler. venatio.



Concilia perfoliunt iuxta rivum sacra Baccho,  
Coronae hedera nigri folia bacca Noturna,  
Saltationis autem dulciterque excitatur sonitus,  
Non sic Threycia iuxta ripas abynthi  
Bistonides inclamant malis fratribus:  
Neg, sic cum liberis atrivortem circa Gangem.  
Inde comum peragunt strepero Dionysio.  
Sicut illo in loco enge congeminant mulieres.

Quibus verbis explicatur in solentem vinedi modum, quo nunc iuvenes vrantur, ab illis turpissimis Ethnicorum ritibus defluxisse, & morem & nomen translatum mutata litera comi. c. in m. v. momentum pro como dicamus. Accedit quod de como scribit Philostratus in Iconibus, in 3. pictura. vbi describit demone comum, & inde mortalib. 20. ed. in iuvenem mollem, prae vino rubicundam, quod ebrius sit, ad iuvenes accedentem, de xora faculam continentem in tenebris. comitatum lascivientibus coronatis molliibus cum facibus, cinctis praeter comiuvenem morem. Nam, inquit comus, & mulieri virum agere, & viro solam induere muliebrem, muliebriterque incedere permittit; addit cymbala & alia. Verum hoc quoque notat pro fine illius tragicediae, quod coronae illis non sint floride amplius, vt ab initio, sed ipsarum, quod capitibus concinnatae sunt, ablata sit hilaritas, cum per luxuriam ac lasciviam currant. Exitus tamen istius vitae penitencia est, & sepe fera, & miseriam cumulo oppressa, vt resurgere nequeat. Haec ab splendida mensa, vel mitur ad inferos cum diute pessimo, qui quotidie epulabatur splendide, D. Luc. c. 17. vel ad porcos, vt legitur de prodigo, qui substantiam suam perdidit vineudo luxuriose. d. c. 15. Vix est vt conuiuia, potissimum luxuriosa, sine peccato aliquo transigantur: vt non immerito ea fuerint suspecta Ioba, qui quotidie pro filiis sacrificabat, per circuitum mutuo conuiuantibus, Job. 1. Proxima sunt genitalia ventri, & colluuiis ex cibis superfluis & delicatis facile concitatur in libidinem, facilius vinum in carnes & sanguinem: & exhausta crumena in desperationem vitae, vel atrociam impellit. Fitq; risus Sardonicus, pereunt familiae, & nomina oblectantur praestantissimorum parentum per procos cuiusdam Penelopes vel Veneris turpissima. Magistratus his certe prospicere deberent, si velint suam ciuitatem bene regere & componere. Deberent saltem recordari legis diuinæ, quae grauiorem in hos statuit poenam lapidationis, Deut. c. 21. Si genuerit, inquit Deus, homo filium contumacem & proteruum, qui non audiat patris aut matris imperium, & coercitum contempserit obedire, apprehendens illum, & ducens ad seniores ciuitatis illius & ad portam iudicii, dicenti quae ad eos. Filium nosse, isse proteruum & contumacem est, monita nostra audire contempnit, comestationibus vascat & luxuria atque conuiuio: lapidibus eum obruet populus ciuitatis. Et morietur, vt auferatur malum de medio vestri, & vniuersus Israel audiens contremiscat. Et alibi Salomon, Prouerb. 28. Qui comestatores pacis confundit patrem suum. Exstat & lex Solonis, τὸν ἐὰν ἴδῃται κατακλῆσαι, ἀποδῆσαι, qui suam substantiam decoxerit infamis esto. Diog. Laert. lib. 1. de vita philosopho. Sant his plura similia iudicia proborum morum, quae vt me a criminibus expedit, labens praetermitto.

De termino moto. Cap. 13.

Lib. 43. Tit. 21.

- 1 Terminos antiquos transferre iure diuino prohibuitur.
  - 2 Limitum causa agrorum bella ex leuibus priuatorum contentionibus.
  - 3 Litis nomen a limitibus.
  - 4 Fines agrorum quare distinguendi fuerunt.
  - 5 Terminus quid in finibus agrorum. Et 6.
  - 7 Terminis usurpatis vel translatis, multorum poena. Et 8. & 9.
  - 10 In terminis moti iudicio quae consideranda.
  - 11 Agrimentorum cur inueni. Et quomodo de falso modo renuntiato tenentur. Et 12.
  - 13 Finitum regendorum quaestio, proprietatis est, quam suspedit possessio obiecta, & praescriptio. Et 14.
  - 15 In quinque pedum explicatio. Et 16.
  - 17 Terminis moti accusatio publica est cuiuslibet, & an crimen quocumque sit publicum. Et 18.
- 1 Prohibetur iure diuino, Deut. 19. & c. 27. citata 86. dist. r. in legibus, 12. q. 2. Prouerb. c. 22. ne quis transferat terminos antiquos, & maledictio fibicitur transferenti. Monet rusticum Columella, 1. de re rust. ne lemitas nouosque limites in agros fieri patiat. 2 Limitum tamen contentio priuata primum, saepe in bel-

lum adoleciti veluti inter Iapiges & Tarentinos in Italia eo perueit de finibus controuersia, vt Iapige ad viginti hominum vltis millia collegerint exercitum, & instructa acie aduersus Tarentinos & Rhegios depagnerint, Dio. Sic. lib. 11. Sic & inter Corinthios & Megarenenses, priuata de finibus contentio bellum genuit, idem eo. & inter Egeaeos, & Sellinuntios, idem lib. 12. Magna tamen inter vicinos iurgia & lites ex limitibus & occupatione proximorum agrorum, vnde & litis nomen Virgilio, lib. 12. Aeneid. c. forus, de verb. sig.

Limes agro positus, litem vt discerneret aruis.

Proinde tamen fines concludendos, certa quadam nota distingui oportuit, & ne quae alterius essent agri usurparentur, insignia quadam apponi, quorum memoria posteris etiam doceret, vt ait Iulius Frontinus, de iure limitum, & pacem amicitiamque vicinorum contineret, vt ait Plurarchus, Problem. 14. In finalibus namque quaestionibus monumenta antiqua sequenda sunt, modo ne varietate successuum, vel arbitrio possessorum, fines additis vel detractis agris postea permutari probentur, in finalibus, fin. regund. lib. 10. P. tit. 1. l. successuum varietas eod. possunt enim contentio dominorum mutari. l. pen. eod. P. ff. Fines tamen variari esse possunt, vt itinera, sepulcra, viae, fossae, riuus. Pro terminis autem & stipites, seu lapis hamo defossus, qui magna religione colebatur ab antiquis & obseruabatur, vt ait Ouid. 2. Fast.

Nos vbi transierit solito celebratur honore,

Separat iudicio qui Deus arua suo.

Terminis sine lapide sine os defossus in agro

Stipes, ab antiquis tu quoque, nomen habes, &c.

Statuit autem Numa Pompilius Romanorum rex, auctore Dionysio Halicarnass. 2. vnumquemque fines suos circumscribere, & finibus apponere lapides, quos sacrauit Ioui Terminali, atque decreuit sacra quatuorannis super eosdem fieri a continetibus, & fines ipsos terminos vocauit: quos si quis occultasset, aut transfuisset, sacrum eum esse Dei lege sancit. Ita vt cuiusque volenti eum occidere liceret, tanquam sacrilegum. Verba legis antiquae de termino non mouendo refert Crinitus, lib. 8. de honest. disp. c. 19.

Qui secus faxit & terminum exarastit,

Ipsius & bonus sacri sunt.

Romulus tamen ante statuerat, vt qui vicini terminos usurpasset: is, qui voluisset eripere, totum agrum usurpantis in multum locum acciperet, & ad eum iuste pertinere. Plur. probl. 14. Constantinus tamen Caesar hanc legem retinuit in termino moto pendente controuersia finium, & ante definitum sententia negotium. Qui finalem, inquit, in l. vnic. fin. regund. lib. 2. C. Theod. tit. 26. l. 4. eo. in C. Iustina. in vltimis quaestionem si priusquam aliqui sententia terminetur, rem sibi alienam usurpare voluerit, non solum id quod male petebat, sed litem usurpatis, tantum agrum modum, quantum diripere tentauit, amittat, vt quisque, contentus suo, non exoptat quod iuria est alieni.

Mox de terminorum auulforum non pecuniaria multam, sed extraordinariam poenam esse respondit. l. de term. moto in P. Callistratae, l. 2. eo. ex Adriani lege eum, qui occupandorum finium alterius causam id ipsum admisisset, relegatione puniendus quod si per ignorantiam, vel furam animo, verberibus caedendum. Et Calus Celsus, l. 3. eo. tit. eos, qui extra suos fines dolo malo terminos mouissent, in quinquaginta aureos, si ferui, poena capitali damnandos statuit, ex lege Agraria Neruae, nisi dominus poenam exsoluisset. Puniantur quoque pro modo & qualitate personae, qui finalium quaestionum obseruandarum causam, faciem locorum conuertunt: vt si faciant ex arbore arbutum, ex sylua caedua nouale. At Panormitanus in cap. ex literis, 13. de probat. scriptis consignauit, pecuniarias poenas in hoc crimine exoleuisse, & corporales pro ratione personarum infligi, si dolo sine termini transferantur. Dypus tamen, in d. cap. ex literis, arbitrio relinquit censuit iudicis, quas velit nummarias vel corporales imponere, adhibitis circumstantiis facti & personarum; sec. glo. 2. cap. fraternitatis, 34. dist. 16.

Quod ego quoque melius opinor, quia in hac quaestione de termino moto, plures possunt accedere peritales, quae negotii naturam variare possunt: siquidem si consensu contententium termini moti sint, id impune fit, & licet. l. pen. fin. regund. P. l. 2. C. eod. Possunt & euelli furti causa, & tunc ad furti quaestionem perueniendum. Possunt & per vim deiici, & tunc de vi extra ordinem agitur ex Iulii Pauli sententia, lib. 1. Receptar. sententiar. tit. 16.

Possunt tamen turbati fines & confundi multis modis aliis, quam

per motionem translatione: veluti aratione, fluminis irruptione, vel alia superueniente confusione. In quibus si dolo malo quis aratione confuderit, & iudicio finium regundorum, & de termino moto, coram eodem iudice interpellari potest, l. 4. §. si dicatur, *fini. regund. in P.* in aliis, Irruptione fluminis, vel antiquitate sum- motis agitur finium regundorum iudicio, *l. si irruptione, eod.* Finitore agrorum adhibito, seu mensura agri facta: summa namque totius Geometriae utilitas in eo versatur. Atq; Alphoratus *Siro- flirin. lib. de mensur. Geometri. post Astrola.* ea necessitate impel- lente, ob confusionem agrorum ex inundatione Nilini in Agypto frequente dirimendam, mensuras Geometricas inuentas fuisse. Cicero quoque *lib. 1. de legib.* cautam fuisse ait lege Manilia, vt ar- bitri sint agrimensores tres, perinde ac in vindicationib. earum rerum periti, regendis finibus, id est discernendis, & ad certam æquabilemque formam dirigendis. Accedit etiam iudex ad locum controuersum, vt suis oculis ipsum subiiciat, *d. l. si irruptione, §. fini. fini. regund.* vocant hoc ipsum pragmatici *Veuum figure*: fit enim figura & pictura rerum controuersarum, consentientibus aut vocatis legitime quorum interest, vt postea ex ea, ac si subiaceret perpetuo oculis res, iudicium fiat. ¶ Agrimensores ¶ adhibetur vt 12 medius, qui iudicio in neutram controuersentiam partem declinare debet, competiq; in eum; si falsum modum dolo malo renuntiauit, actio in factum, quam prætor decepto per dolum vel per malitiam, vel negligentiam, quæ dolo proxima est, decernit, l. 3. §. 1. si mens. fals. mod. dix. P. non autem si per imperitiam solum, l. 1. eod. quod sibi imputare debeant, qui talem arbitrum delegerint, arg. §. prætor ea, quib. mod. re. contrab. ob. lib. 1. §. is quoq; de acti. l. diem proferre, l. 3. §. stari, de recept. arbi. lib. 4. P. tit. 8. Sicut in aliis machinariis arbitris adhibitis, vocant *expertos*, receptum est. l. pen. §. si mens. fals. mod. dix. in P. Quod si mensura explicata a finitore agrorum: commode fines diuidi iuxta eam non possunt, ex arbitrio iudex diuidit, & ad iudicationem vitur, & transfert & constituit fines, eodem ratione pecuniarum additione compensata, vt in posterum certiores sint termini. l. 2. §. 4. fini. reg. P. §. si de offi. iud. ap. Iustini. ¶ Concurrit ¶ cum istis quaestionibus alia præiudicia- 13 lis interdum, quæ & suspendit iudicium finium regundorum, & de termino moto: veluti, si quis obiecit possessionem petenti fundi finium regundorum iudicium, suspenditur de finibus quaestio, quæ proprietatis est, *l. si quis, C. fini. regund.* Et prius de possessione, quam de proprietate agendum, *l. ordinariis, C. de rei vind. l. nulli, C. de iud. l. incerti, C. de interdict. l. si quis, C. fini. reg. l. exitus, de acq. posse. P. l. si de vi. de iud. in P.*

¶ Sic ¶ etiam, si præscriptionem quis obiecit, cessat hæc finium 14 regundorum actio, & terminorum controuersia, *l. si, C. fini. regum.* quantum enim non tollatur longo tempore viginti annorum, quia mixta & in rem & in personam, §. *quadam, de actio. l. sed & si loci, §. 1. fini. regum. in P.* tamen tollitur triginta annorum spatio. *d. l. si, fini. reg. C. iure Pandectarum* si fundus, tamen emtus sit, & ampliores fines possessi, totum id longo tempore capitur vsu: quoniam vniuersitas eius possideatur, non singulæ partes. l. 2. §. sed & si fundus pro emt. in P. l. qui fundum, §. fin. eo. Quod tamen emendam dico in longo tempore, vt longius exigamus, per *l. fin. fini. regund. C.*

¶ Neq; ¶ nos a sententia dimouet. I. Quinque pedum, finium 15 regund. C. cuius verba videntur inhibere præscriptionem omnē. Quinque pedum, inquit, præscriptions sub motu, finialis surgit vel la- corum libera peragatur intentio. Quibus verbis, quidam rati sunt ibi post Accursium, olim nõ potuisse agi pro præscriptione quin- que pedum circa fines agri, hodie contra. Explicant illam legem Cuiacius, in l. 4. de vsuca, Connanus, lib. 3. iuris ciuil. Agennus Ver- bicus, in commentis ad Iulium Fronti. de controuer. agror. refert legem Manillam, quinque aut sex pedum latitudinem constituisse pro fine agrorum: quod hæc latitudo referuaretur itineri ad cul- turã, vt ad eam iretur, & ad circumactũ aratri, ideo impærscripti- bile esse spatium. ¶ Wolfgangus Lazius, in præfat. commentario,

16 *reipubl. Romane* aliter explicat, quatuor pedum interstitium fuisse relictum ad sepeliendos milites, & successores dominorum, ibi- que fuisse cippos & tumulos militares probat ex quibusdam vetustis inscriptionibus Capue Inuentis. Mortui namque olim more Græcorum extra oppidum sepeliebantur: & si intro ferrentur, id honori summo concedebatur, vt notat Cicero pro Flacco. Vnde Polybius ait. lib. 8. histor. illud fuisse singulare ex oraculo contra morem communem, vt Tarentini intra urbem, in parte, quæ solis ortum versus esset, mortuos conderent. Cum Græci contra obseruarent, imo & libitinarios, qui eos sepelirent, vrbe habita-

re non sinerent, quos vocant *επιταφιας & νεκροδωμους, Hefychius.* Existimarem autem ego, legem quinque pedum, & si præscriptio- nem sub moueat, tamen antiquatam, vt admittatur præscriptio, si longius tempus addit, quam viginti annorum. Nam Theodos. Arcad. & Valentin. lex est. Quinque pedum, lex autem final. eius tituli, fini. regund. C. quæ illam sequitur & præscriptionem indu- cit, Iustiniani est, qui 77. Imperator fuit: illi autem 49. ordine imperarunt. ¶ Crimen ¶ de termino moto defert accusationem 17 cui liber volent, *l. fin. de term. moto, in P.* vt publicum videatur, habita ratione eius quod cui liber de populo conueniat & con- cedatur. *l. iuxta, l. 1. de popul. actio. P. §. 1. de publ. iudic.* Item, quod quinquaginta aureos pro quoquo termino moto ex lege Agraria reus dare inueatur, *d. l. fin. de term. mot.* ¶ Verum ¶ proculdubio 18 publicum erit, si agatur de motis terminis publicis, puta iurisdic- tionis seu territorii: sic enim causa publica, contingens delictũ non publicum, publicum facit, vt de concussionem non publica responsum est, quæ publica fit ob causam, quæ legis publici cri- minis est, l. 2. de concussio. in P. Iurisdictionis autem & territorii causã publica est. *l. quippe iudicare, de iud. in P. l. filiusfam de iis qui sunt sui vel alien. iur. P. in l. 1. de iurisdic. omni. iudic. P.* Territorium- que & iurisdictione certis finibus agrorum concluditur, *l. populillus, §. territorium, de verb. sig. P.* quos egedi non licet, *l. fin. de iurisdic. omni. iudic.* Et quibus confusis, totius politiz ordo confunditur. *c. peruenit, 11. q. 1.*

De crimine Stellionatus. Cap. 14.

Lib. 47. Tit. 20. Lib. 9. Cit. 34.

1 *Stellionatus iudicium quale. & quod generale vbi speciale defi- cit: quando datur, & eius pena, 3. & 4.*

2 *Stellio, animal quale, & stellatura quid.*

¶ Stellionatus ¶ iudicium, famosum quidem non est, l. 2. de crim. 1 *stell. in P.* neque inter priuata vel publica annumeratur: attam- coactionem extraordinariam habet, l. 1. §. 2. eod. P. l. 3. eod. ¶ Variam namq; & aliam a superioribus habet crimen, quod stel- lionatus actione agitur, hypostasim, vt ea non possit aliis regulis, quam extraordinaria cognitione concludi. Quod in priuatis iudiciis est, de dolo actio, quæ datur quando actio alia non suppetit, l. 1. de dol. in P. hoc in criminibus stellionatus persequitur est. Vbi- que enim titulus criminis deficit, illic stellionatus obiciemus. l. 3. de crim. stellio. Optime autem doli similitudo in criminib. anony- mis a Iureconsultis & stellionatus vsurpata est, ac si dicerent hoc esse factum stellionis animalis: quoniam, vt ait Plinius, lib. 30. cap. 10. nullum animal fraudulentius inuidere homini tradunt, & inde stellionum nomen in maledictum tranflatum.

¶ Animal ¶ stellio est, lucentibus quibusdam maculis distin- 2 ctum, vnde nomen mutuatur: & crimen quoq; stellionatus, stel- latura dicitur. ¶ Proinde ¶ late patent istius accusationis exempla, quæ annotabuntur ex vsu quotidiano, obseruata illa regula, vt ea 3 crimina hoc nomine dicantur, quæ proprio nomine & propria determinatione penam non habent, nec in castigatione infamã, nisi quæ famosa actione coniungantur. Potest enim cum alia actione dari, vt qs negotii teneatur actione, & ultra stellionatus. vt in l. 1. §. si tutor, 16. §. contraria, l. si quis in pignore, 36. de pig. act. l. 13. P. in 7. l. si. C. de crim. stellio. & ibi gl. si. Aliqua exempla pedita sunt in iure, vt si quis alteri obligatã rem, eandẽ in suppressa obligatione oppigno- rauerit, stellionatũ enim eum comittere placuit Alexan. Cafari, nisi vtroq; creditori satis offerat. l. 1. §. 2. fin. C. de crim. stellio. & l. tutor, 16. §. 1. de pig. act. in P. Item si alii eandem per calliditatem dit- taxerit, permutauerit, vel in solum dederit, l. 3. eo. tit. in P. Si in pignore res pro auto supposuerit, l. 1. §. fin. l. si quis in pignore, 36. de pig. act. P. l. 3. §. 1. de crim. stellio. Si quis merces supposuerit, obli- gatas auerterit, vel corruperit. d. l. 3. §. 1. eod. Si quis imposturam fecerit, vel collusionẽ in necem alterius, d. l. 3. §. 1. eod. Si merces sup- presserit. d. l. 3. §. fin. Si peierauerit, instrumento iurans sua pigue- ra esse, l. 4. eod. non tam ratione perituri, quam fraudis conuicto creditori factæ. Item qui non cancellato instrumento post solu- tionem debiti, iterum propter cõdemnationem acceperit vt de- bitum, q. solum erat, propter suam calliditatẽ stellionatus cri- mine punierit, *l. p. l. si fideiusor. 29. §. in omnib. manda. P.* & si so- lutum ex causa iudicati, vt indebitum repeti non possit cõdem- natione indebiti. l. 1. C. de condic. indeb. d. l. si fideiusor. cum similib.

¶ De ¶ pena criminis stellionatus, certa tradi non potest re- gula, nisi quod extra ordinem imponatur seuerissime, *l. fin. de crimi- ni. stellio. P.* Fines tamen præscripti, quos egedi non licet, pen- pe opus metalli in plebeis: in honore autem positis, relegatio- aut ab

put ab ordinat motio remittenda sit. l. 3. §. pen. eo. Modestinus quoque exilium temporale constituit in eum, qui cum fraude obligationis pignoris iam facte alteri, petitorio vallasse detegitur. l. si. p. Et certe hic quoque reminisci oportet, iudicantem ex rebus in quibus calliditas & frans committitur, & ex personis decipientium, & deceptorum, & ex modo & qualitate negotii pœnas esse statuendas. Nam & Alexander Cæsar Tribunos militum, qui per stellatores militibus aliquid abulissent, capitali sententia affecit, auctore Lamprid. in Alexand.

Demendacii crimine. Cap. 15.

- 1. Mentendum non esse, illudque scelus & vanitas quando dicatur.
- 2. Mendacium dicere, & mentiri, quomodo differant.
- 3. Mendacii gradus, detestatio, & pœna. Et 4.
- 5. Mendacium publicum grauius priuato.
- 6. Mentientes studiose grauius puniendi.
- 7. Mendacium Deo, & hominibus displicet.
- 8. Dignitatem alterius impetrare, mendacium facio est.
- 9. Mendax impetrator rescripti quis dicendus, & quomodo puniendus. num. 11.
- 10. Fictitious, quæ non sunt, inter mendacia punibilia annumeranda.
- 11. Mendacii pœna iure ciuili in negatis verbis.
- 12. Aulicorum vendentium gratiam principum, quam se habere mentiuntur. pœna. Et 14. 15.

1. Solon ¶ inter leges suas, & illam adiecit, Mentiri noli, Diog. Laert. in in Solone. & ait Plautus, in mercatore.

Mibi scelus quoy videtur, me petenti proloqui mendacium.

Id in seris & grauioribus, in aliis vanitas, inconstantia, stulticia, somnia. Ponta. lib. 2. de sermo. c. 2. §. 12. dicitur. In iuriâque paulo antea diximus irrogari, in iniuriis verbalibus. si quis dixerit alicui, quod mentitur. ¶ Quod ¶ indicat mendacium, probrum esse & delictum: sicuti & Perse crimen capitali animaduersione dignum arbitrabantur, mentiri. Herod. in 1. Probat id ipsum finitio mendacii, nam aliud est, falsa vocis significatio cum voluntate fallendi, & beat. 2. 2. q. 2. Accursum de atate, §. 2. de interrog. alio. Publius etiam Nigidius firmat, dum ait, inter mendacium dicere, & mentiri hoc distare: quod qui mentitur, ipse non fallitur, sed alterum fallere conatur: qui mendacium dicit, ipse fallitur. Item qui mentitur, inquit, fallit: quantum in se est: at qui mendacium, ipse non fallit quantum in se est. ¶ Vir bonus prestare debet, ne mentiat: prudens ne mendacium dicat. Paria quoque non esse, fallum dicere, & mœtiri iura probant. c. is autem. 2. 2. q. 2. c. beatus Petrus, c. si qualibet, §. Abraham. eodem.

3. ¶ Odo ¶ gradus sunt mendacii, pro quorum varietate maius minuiue delictum est, prout iure Pontificio distinguuntur, c. primum. c. ne quis, 2. 2. q. 2. Qualecunque autem sit, peccatum est: os enim quod mentitur, occidit animam suam. Sapient. 1. cap. nec artificioso, eod. q. Er perdet Deus omnes, qui loquuntur mendacium. Psalm. 5. scriptum quippe, Loui. 19. non mentiemini, nec decipiet unusquisque proximum suum. Et Exod. 23. non suscipies vocem mendacis, nec iunges manum tuam, ut pro impio dicas falsam testimonium. De huius pœna nos latius in crimine falsi, quod dicto & verbis committitur. Et iterum: Verbum mendax iustus detestabitur: impius autem confundit, & confundetur. Proverb. 13. Et, abominatio est domino labia mendacii. Prover. 12.

4. ¶ In ¶ noua lege, Apoc. 21. & 22. pœna exprimitur omnibus mendacibus, pars illorum erit in singulis ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda. De mendacio pernitioso alteri & consilio fraudem inferente, intelligendum tamen putant omnes interpretet pœnam illam æternam: nam illud peccatum esse mortale dicunt, iocofum autem non graue. c. quod autem, 2. 2. q. 2. Nihilominus autem in hoc consentiunt, nullo modo perfectis vel constantibus vici esse mentendum, c. ne quis, c. omne, & c. si quis per vetus, 2. 2. q. 2. c. caute, 2. 2. q. 5. etiam pro vita alterius seruanda. d. c. ne quis. Nō enim quis seipsum iugulare & perdere debet, vt alium conferuet, l. p. de pronuncia, de seruitus, C. Neque malum faciendum, vt inde eueniat bonum, gl. in l. qui sub preterito, C. de sacro. eccl. & in c. magna, ne cler. & mona. Neque etiam ad salutem cum mēdacio quenquam esse ducendum, c. primum, 2. 2. q. 2. non deiicendi sui causa, id est, vt vocant, humiliandi causa, c. non ita, d. q. Vindicatum uere signatur Ananæ & vxoris eius a D. Petro mendacium venditionis agri, & retentionis pretii, Act. 5. nam si consenserimus, 2. 7. dicit. c. 1. vers. in act. Apostolorum, 1. q. 1. c. quod Christus, & c. ea vindicta, 13. q. 4. morte enim repēdina necati, quod mentiri voluissent

Spiritus sancto. ¶ Demosthenes ¶ mendacii legem in foro venali etiam positam apud Athenienses testatur, αὐτὸς ἔλεγε, & graue etiam priuatis, mutoque magis reipub. esse mentiri, his verbis: πῶς ἔστιν αἰσχρὸν ὁ ἀνθρώπος ἀδύνατος, κατὰ τὴν τῶν ἀποδόντων ἀδελφικὴν ἐξουσίαν, ἢ ὅτι οὐδὲν ἴσχυται εὐλόγως εἰπεῖν ἢ ἀποδοῦναι τὸν νόμον τῶν πάλιν, τῶν αὐτῶν ἐπιτάξεων τοῖς ἰσχυρῶν, ἀλλὰ τὸς ἀδύνατον πεποικῶτος ἕπαται. id est, Nam honestum esse qui potest, Athenienses, in verum venalium foro, ubi si qua fraus aut impostura intercesserit, res publica nihil detrimere capit, legem de vitando mendacio esse latam: publice autem ciuitatem illam, que priuatis ipsa id imperarit eadem lege nō vni, sed bene de se meritis circumscribere? Et alibi ait, Ora de falsa legatio. Δὲν δὲ λέγοντες ποτὶσσιμὸν ἐστὶν ἀληθῶν, & δεῖν αὐτοῖς ἀληθῶς λέγοντας ἕξει τὰ τὰ ἀδύνατους δεῖν τρεῖς αἰετὸν εἶναι ἀποδοῦναι τὰ τὰ τῶν ἀδύνατων, id est, graue mentiri, & parum etiam graue mentiri apud paucos eosque calamitosos: sed grauius apud totum populum, eumque Atheniensem.

¶ Plutarchus ¶ scribit, Antigonum monoculum ab Alexandro mendacii conuictum, ab aula eiecctum, & prefectura priuatum. in vita Alexandri. Vt & Pomponius Atticus vir equestris Romanus, qui quia mendacium non dicebat, ita nec dici pati poterat. Cor. Nepos, in vita Pomp. Atti. Polybius, lib. 12. histor. Duo, inquit, mendaciorum genera, vnum quod sit per ignorantiam: alterum, quod studio profertur. Illis, qui ob ignorantiam oberrant a veritate, ignoscendum est: qui studio autem mentuntur, implacabiliter succensendum. ¶ Lex ¶ apud Platonem, lib. 11. de legib. est, nemo diis innocens mendacium dicat, aut decipiat, aut adulterare quicquam verbo vel re audeat: nisi vult Deo odio esse, cui quidem primum odio est, qui falsos iurans, deos parus pendit: deinde qui corams se, maiora oibibus mentitur. ¶ Ad ¶ mendacium accedit & pro mendacio accipitur, se profiteri alicuius dignitatis vel officii, & contraria profissioni agere, c. cauer. & c. frater, 2. 2. q. 5. etque hæc species mendacii factio comprobata.

¶ In ¶ rescriptorum examinatione, vt his qui impetrat fini possit, veritas ad amissum inquiritur: & si in ea non fuit plane expressa, vel si expressa sint aliqua falsa, qui impetravit mendax dicitur, siue id ex malitia & fraude, siue per simplicem aut ignorantiam fecerit. c. super literis, de prescrip. ap. Grego. ¶ In ¶ aliis autem subtilius distinguiamus, cum de pœna mendacii agimus, potissimum in foro contentiosus: siquidem quæ sunt ioco prolata, non serio, nec alterius decipiendi causa, mendacium proprie non dicitur, nec panitur. D. August. in quæstio. in Genes. c. 4. §. c. quod autem, 2. 2. q. 2. Sunt hic fictiones seu simulationes ad vtilitatem aliquam, quæ non nocent, sed profunt potius, a mendaciis separandæ, quibus vti sapientes sunt. c. vtilis simulationem, d. quæst. Huc pertinent parabole, apologie, reliquæque id genus, & technæ seu solertia ad euitanda pericula, seu ad hostes decipiendos: vnde bonus dolus dicitur, l. 1. §. non fuit contentus, de dol. in P. vel mendacium, sed nō improbum. Sciunt illico locum Diphilam, apud Stobe. in mendacio. poetam Comicum, dum ait:

καρπὸς τῶν δόμων ἔστιν ὁ ἀσ κατὰ τὴν φέρει.

Etrurium,

ἵπποκαβάνα λέειν ἐν ὀρνέει.

λεγεινός, ἔστιν ἀπειροειδὲς δόξατος, id est,

Mendacium positum in tempore, lucrum seu fructum adfert. Et ego existimo mendacii salutis causa prolatum, nihil adferre mali. Et Plautander, ὁ ἰσχυρὸς ἔστιν ἵππο κατὰ τὴν ἀποπέλῃ, non est reprehensio mendacium pro salute sua dicere. Verum & illud obseruandum, quod ait Eusebius, apud Stobe. de mendacio, nulli concedendum esse in ciuitate ita mentiri etiam ob aliquam vtilitatem, nisi veritatis studioso, & prudenti viro, qui quo tempore, quoque modo natura mendacii non soleat obesse, intelligat, & necessariz commo ditatis causa secuturæ mendacium id faciat. Est & alia quedam mendacii facilitas, siue malitia, ex fragili natura facile itrepens, de qua dictum, omnem hominem mendacem esse. Paul. ad Rom. 3. ¶ Et ¶ multa de mendaci mortaliu vita Antonius Codrus. Quibus distinctis, mendacii pœnas distinguemus facillius: primum in rescriptis: mendacium malitia scriptum vel cum fraude, & viciat rescriptum: & vltra, si nimia mentientis inueniatur improbitas, etiam seueritati subiacet indicantis. Lesi legibus, §. si contr. ius vel vtil. publ. lib. 1. C. iuu. 25. l. fin. de diuers. rescrip. C. l. si nup. ex rescrip. pet. a. ca. dicenti, 25. quæst. 2. c. super literis, cap. 20. de rescrip. apud Gregor. Si per ignorantiam autem vel simplicitatem, vt loquitur Innocentius: §. vel veritas suppressa fuerit, vel falsitas suggesta. si talis expressa sit falsitas, vel veritas occultata, quæ si fuisset non expressa vel non occultata, non remotarentur rescripti concessio.

nem valebit. Contra, si expresso vero, vel non addito falso, aliter fuisse princeps rescripturus. *d. c. super literis.* ¶ In q̄ questionibus ciuilibus mendacium p̄nam habet variam, pro negotii qualitate: veluti, si quis, cum ab eo resciperetur res, negant se possidere, possidere conuictus, priuatur possessione, quæ petenti adiudicatur. *l. fin. de re iudic. P.* Sic pignus possidens inficitatus dominum pignoris, priuatur possessione, *auth. siem possessor, qui potio in pign. habean. C. s. illud, de trien. & semi. in auth.* Crescit & per inficitationem damni dati æstimatio in lege Aquilia. *l. indo Neratius, §. hæc actio, ad leg. Aquil. P. l. contra. C. eod.* Mentitis ætatem minorem, eius priuilegio postea in eo nõ restituitur. *l. 1. 2. si min. se maiõ. dix. C. F. de iussor beneficium diuisionis ex epistola Cæsaris concessum, mendacio amittit. l. si dubitet, §. ita, de fideiussor.* Et mentitis super quota hereditatis, cuius est heres, in solidam conuenitur. De his qui pernitose mentiantur in accusando, & calumniæ p̄na, iam dictum in proprio titulo post accusationem, & qui accusari possunt. *l. si ex parte, & l. eum, quod cum eo, qui in alie. pos. l. 1. C. ad Senatus. cons. Macedon. lib. qui cum se, de re iud. P.* ¶ Sunt q̄ quidam, qui splendidis & magnificis pollicitationibus, quæ suo ta-

men carent effectu, officium suum quod nullum est, & simulatam apud principem gratiam pretio veadunt, quos fumi venditores dixerunt, vt Martialis. Huiusmodi erat Veronius Thurmus quidam, qui cum simularet se multum principis amicitia valere apud principem Alexandrum Seuerum, non modica pecunia clientes emungebat: qui in furo deprehensus, iussu Cæsaris, vt crimini te- spõderet supplicium, alligatus palo, viridium lignorum fumo est enectus, pronuntiante præcone, fumo perit, qui fumos vëditit, vt auctor Aelius Lampridius, in *vita Alexand. Seueri.* ¶ Meminit ¶ Demosthenes cuiusdam legis de hac re Atheniensium, in hæc verba, *ὅτιν ὄντιν ἴσθι ἀπὸ τῶν κελύων δὸκῶντων ἐξ ἑ. ἰὰν πῆ ἰπῶ- γῶν πῆ ἰπῶν ἐξ ἀπαρῆσιν κελύων: κῆν ἀπὸ: δὴν ἀπὸ ἰπῶν, id est, Est vobis Atheniensis antiqua lex, & probatarum numero: si quis aliquid pollicendo verba populo dederit, in iudicium duci: conuictum, morte mulctari.* ¶ Adrianus ¶ libertos suos nec sciri voluit in pu- blico, nec aliqui apud se posse: dicto suo, omnibus superioribus principibus vitia impu'tas libertorum. Damnat omnibus liber- tis suis, quicunque de eo iactauerat, teste Aelian. Spartian. in *vita Adriani.*

## DE V S V C A P I O N I B V S

### LIBER XL.

#### Quid sit vsucapio. Cap. 1.

Lib. 1. Instit. tit. 6. Lib. 7. C. tit. 26. Lib. 41. P. tit. 3. Lib. 2. Decret. tit. 26. Lib. 2. Sex. tit. 13.

- 1 *Libri 40. ad 39. continuatio.*  
Vsucapio acquirendi legitimus modus, & amittendi: eius origo. eod. §. num. 2. 3.
- 4 *Vsucapio, num vsus capio scribi debeat disunctim.*
- 5 *Vsucapionis finitio, adiectio domini in ea quid, & eius diuisio, num. 6. & 9.*
- 7 *Dominium num vsucapione amittatur & queratur, & num dis- rectorum. num 8.*  
*Prescriptio quid.*

**D**iximus superioribus libris, quomodo negotia expeditentur per contractus & per delicta, vt que dominia rerum per contractus & delicta amitterentur, & in alium transirent, aut conseruarentur. Potitular ordo, vt ad vsucapiones, seu prescriptiõnes transeamus: iuris ciuilibis namque præcipuus & firmissimus acquirendi domini modus vsucapio est, *l. traditionib. C. de pact.* item & alienandi, *l. alienationis de verb. sig. a iure naturali seu gentium habens originem & rationes.* Meminit Horatius, *lib. 1. 2. epist. ad Lucium Florum.*

*Quadam si credis consulis mancipat vsu.*

- 2 ¶ Cicero ¶ vsucapiones vocat, ius auctoritatis, *(sic de Arusp. respon. & 7. in Verrem.* Et alibi, *idem pro Cacinna.* tradit vsucapionis auctoritatem a legibus ortam. *Finis* inquit, *a patre relinqui potest, at vsucapio fundi, hoc est, finis sollicitudinis, ac periculum litium, non a patre relinquitur, sed a legibus.* Inter Romanos vsucapio refertur ad legem 1. 2. tabul. accepta tamẽ a Græcis, testimonio Platonis, *12. de legibus.* & Ilocratris, in *Archidamo.* Iure ciuili alio, esse etiam renouatam, & explicatam vsucapionem planum est. vt & in plerisque emendatam, §. *fin. de vsu & habi. §. 1. de vsucap. transfor.* & consequenter probatam. ¶ Neque ¶ admittenda est consequentia Senecæ, *lib. 13. epist. epist. vit.* *Negant Iuriconsulti quicquam vsucapi, quod sit publicum, publicum autem id est, quod tenes, & quidem generis humani.* Vnde queretur, nullam posse fieri vsucapionem, si admitteremus publicum esse quodcuque possidemus. Quod nunquam dixerunt Iuriconsulti, sed rerum alias publicas, alias vniuersitatis, alias singulorum constituerunt. *l. 1. & 2. l. in tantum, de rer. diuis. P. §. 1. 2. 3. eod. tit. ap. Iustin.* ¶ Vsucapionem ¶ quidam contendunt scribi debere, vsus capionem, interiecta litera s. quemadmodum & pignoris capionem, secundum A. il. Gell. 7. c. 10. disuncto vocabulo. Quod tamen non placet. Nam hic nou capitus vsum per vsucapionem, sed vtendo possessione dominium, *l. 3. de vsucap. P.* non vsucapere dicimur. Vtus incorporalis est, quia seruitus: & ideo capionem potest, nec tradi, possideri, nec vsucapi, vt ait Gaius. *l. seruis. 4. §. incorporales, de acquir. rer. dom. P. idem in l. possideri, de acq. poss. P. l. seruitus. 14.*

de seruitus. tit. gener. Proinde argumentari a pignoris capione ad vsucapionem, claudicat in substantiali differentia, vt a separatis & contrariis, probatio. Pignus quippe cum a pugno dicatur quo capitur, corporalis res est, & qua traditi & capi potest. *l. si rem. §. 2. de pign. actio. P. l. si plures, §. si pignus, de verb. sign.* Et Paulus Iuriconsultus vtrumque exemplo docet: *Pro emtore possidet, inquit, quire vera emit, nec sufficit tantum in ea opinione esse eum, ut putes se pro emtore possidere, sed etiam debet subesse causa emtionis.* Si tamen existimans me debere tibi ignoranti tradidam, vsucapies. *Quare ergo & si putas me vendidisse, & tradidam, non capies vsu.* Videmus ibi dictum, non capies vsu: non autem, non capies vsum. Sic Papinianus, in *l. in isto errore, 4. 4. §. si possessionis, de vsucap. P.* non minus capietur vsu puer, dixit, & d. *l. in isto, §. filius, de cur non capiat vsu, & c.*

¶ Definitio ¶ vsucapionis traditur a Modestino, *Modest. l. 3. de vsucap. in P.* *Usucapio est acquisitio vel adiectio domini per continuationem possessionis, temporis lego definiti.* Quibusdam non placet finitio hæc, tanquam que minus videatur continere, quam definitum, vt existimat Paul. *Cast. r. ad d. l. 3. de vsuca.* Mihi sufficiens videtur, vt aliam non requirant. Obseruandum tamen in aliquibus excussis codicibus, expunctam vocem, *acquisitio*, sed perpetuam: estque hæc vocula necessaria, vt pote quod docuerimus vsucapionem esse speciem modi acquirendi. Reliqua vero, quæ adiciuntur a Modestino, formam & materiam exprimunt.

¶ Adiectio ¶ domini, demonstrat ius fuisse aliquid vsucapienti ante possessionem continuatam, sed non perfecte. Nam si prescribens seu possessionem continuans, nullum ante continuationem possessionis habuerit ius, nullum ve titulum, nullo tempore prescribit, *l. si quis emtionis, §. 1. ver. si vero, de pres. 30. vel 40. ann.* Et sic finitio tria explicat implicite, quæ Castrensis sua finitione voluit supplere, titulum, bonam fidem, & possessionem. Adiectio titulum, tanquam subiectum cui fiat adiectio, indicat. Non enim potest adici ei, quod non est: nec esse potest cui adiciatur, nisi per titulum, ratione cuius quis se dicit possidere bona fide, vel vera vel presumta. Si enim mala adesset, titulus non daret vim negotio male fidei, quia nec is consideraretur, quia nullus, *l. quoties, qui satis, coga. P. cum similibi. not. P.* ¶ Alii ¶ quando ¶ tamen olim ¶ prietas nõ acquirerebatur, sed iuris auctoritate, possessione perfecta tẽpore defendebatur. Ideo auctoritas dicebatur ius defendendi rem per vsucapionẽ. Ita Cic. in *Topio. vt vsu auctoritas biuinium est, sic ergo adsum.* Et alibi, *idem 1. Officior. aduersus hostem æterna auctoritas esto.* Et in lege Attilia seu Attinia, *Quod subreptum erit, eiu rei auctoritas esto.* Id est, nunquam nisi post æternitatem prescribatur, vt docet Aulus Gellius, *lib. 17. cap. 7.* Vel repetendi rem furtiuam, si perpetua licentia. Non enim furtiue res, lege illa prohibente, prescribi poterant, priusquam reuerse post furtum fuissent in domini potestatem. *Paul. l. 4. §. quod autem, de vsucap.* Interpretatur & auctoritatem, actionem Venuleius, *l. fin. de iur. i. c.* Explicat Francisc. Balduius, in *explic. c. 10. §. 1. l. leg. 1. 2. tab. Alciatus, in comment. de verbo, signif. ad leg. quæstio est, l. 115.* Hodie tamen.